licitas. q̄ p̄ficiat sufficiētē potētē t̄ reuerendū. celebres t̄ lectū. ut etiā tu p̄bia cognoscas me doctū interius. i. plenius aduertisse q̄ sit vera felicitas: ego sine ābiguitate cognosco hāc eē plenā beatitudinē. q̄ vñ boz. s. p̄dictorū veraciter potest p̄stare. qm̄ idē cūcta sunt. t̄ dicit p̄bia quasi p̄gratulando doctio. O alumne hac opinioe. te felicē sup̄ple dico. siqdē h̄ adieceris sup̄ple qd mō dicā t̄ dicit. B. qd q̄ in requā. i. dicit. Dicit p̄bia. P̄ntas ne aliqd eē in his rebus mortalib<sup>9</sup> t̄ caducis. i. t̄rāsitoris qd possit asferre. i. dare h̄mōi statū. r̄idet boeti<sup>9</sup> Adinime puto t̄ illud ostēsum est a te ut nihil amplius desideret a beatitudine. Cōcludit ergo p̄bia dicens. Nec igit. i. sufficiētia. reuerētia t̄ eē in rebus caducis inueniūt vel sunt imagines. i. silitudines veri boni et vident dare mortalibus in p̄fecta bona. v̄z autē t̄ p̄fectum bonū cōferre nō possunt. t̄ dicit boeti<sup>9</sup> assentior in q̄z. C. Nota sufficiētia imperfecta que cōsiderat ē in reb<sup>9</sup> t̄p̄alib<sup>9</sup> nō ē vera sufficiētia. s̄z tantū silitudinaria. Sufficiētia autem p̄fecta includit oīa alia quattuor. t̄ singulū alioz quattuor p̄fecte alia includit. t̄ ideo illud quod dat vñ perfectum dat oīa. sed illud quod dat oīa facit vere p̄fectum. ergo dicit boetius illud quod potest veraciter vñ conferre illud cognosco esse beatitudinem. C. Itē assentior est verbum deponentale: t̄ idē significat cūz verbo neutrali quod est assentio.

**C** P. Qm̄ igit agnouisti q̄ vera illa: sit q̄ aut beatitudinē mentiant: nūc sup̄est ut vñ verāz hanc petere possis agnoscas. p. Id qdē in q̄ iam dudū vehementer expecto. p. S̄z cū vti in thimeo platonis inyt n̄o placet. in minimis quoq̄ rebus diuisum p̄sidiū debeat implorari. qd nunc faciendū cēses ut illius summi bōi sedē repire mereamur. b. Inuocandum in q̄ rerum oīm patrē: quo pretermisso nullum rite fundatur exordium. p. Recte inquit. ac simul ita modulata est.

**C** Quoniam igit que vera. Dic ostēdit p̄bia in quo vera felicitas sit constituta. t̄ primo tangit ordinē hui<sup>9</sup> p̄tis ad p̄cedentia. t̄ docet diuinū auxiliū eē implorandū ut cognoscat in quo sit vera beatitudo. secūdo inuocat diuinū auxiliū. tertio ostēdit intentus in quo sit vera beatitudo. sc̄da ibi. O q̄ p̄petua. tertia ibi. Qm̄ igit. P̄nio dicit p̄bia. O Boeti quōtā agnouisti q̄ sit vera beatitudo t̄ agnouisti que mentiant beatitudinē. nūc sup̄est ut agnoscas vñ illaz veram beatitudinē petere possis. Et dicit boetius. Illud iam dudū a te vehementer expecto. t̄ dicit p̄bia. Cū diuinū p̄sidiū. i. auxiliū in minimis rebus debeat implorari sic placet platonis n̄o in thimeo: qd nūc cēses faciendū sup̄ple in tā arduo negotio. R̄idet boe. Inuocandū sup̄. cēseo patrem oīm rex. i. deū sine quo nullū exordū rite fūdat. qd approbat p̄bia dicit. recte. tu inq̄t cēses t̄ sil sine interuallo p̄bia ita modulata est. i. p̄posuit inuocationē dei metrica modulatione. C. Nota q̄ in oībus diuinū auxiliū est implorandū. q̄ de<sup>9</sup> est qui diuitias sue sapie inluit in alas sapientū. t̄ tribuit studentib<sup>9</sup> gr̄am cognoscendū. cui nihil ē difficile. t̄ sine quo nihil possibile ē possideri. ita scribit i p̄logo de regimine p̄cipū: t̄ omne datum optimū t̄ oē donū perfectū desursum est descēdēs a patre luminū. ut dicit alia scriptura. Et dicit b̄tus aug. Memō tā crudit<sup>9</sup>: nemo tā dicit q̄ supra illustratiōe nō idigeat. t̄ b̄tus gre. go. Nisi itus sit q̄ doceat: i. uanū lingua doctorū laborat Ideo p̄bia volēs ostendere in quo sit vera beatitudo inuocat diuinū auxiliū. quo pretermisso nullū rite fundat exordium.

**C** Metrum nonum libri tertii.

Qui perpetua mundum rōne gubernas  
Terrarum celisq̄ sator. y temp<sup>9</sup> ab euo  
Ire iubēs: stabilisq̄ manēs vas cūcta moderi.





**Quæ non externe pepulerunt fingere cause**

**Q**ui ppetua mūdū rōe gubernas. Istud ē me trū nonū hui? tertū. qđ of omericū ab imūto re q? omer? ipm adinuēit r of eroicū a mā. q? gesta herouū. i. viroz illustrū. hoc metro dscrī bebanē r of dactilicū a pede pdstante. crame trum a nūero pedū. q? pstat ex ser pedibus. In quo metro pbia inuocat diuinū auxiliū ad ofendū i quo sit vera bñtudo. r quō ad ipaz pueniat. p̄mo ergo pbia captādo beniuolētā dei ipm multiplē cōmēdat. scđo petitionē suā exprimit. ibi. Da p̄. Circa primū sciēdū q? tria regrūt ad petitionē exaudiendā. p̄mo regrit potētia exaudiēdi. scđo volūtas. tertio scia. De primis duob? dī l̄ q̄to hui? pla. z. duo sūt in qb? ois būanorū actū effect? pstat volūtas r ptās. quoz si alitex vestit nihil ē qđ explicari qat. De scia p̄. q? sine ea nihil rōnabilē gerit. Volens ergo pbia ofidē q? de? possit. velit r sciat exaudire suā petitionē ofidit ip̄s eē potētē ex mūdū gubernādo. ex celi r terre creatōe ex ip̄is pductōe. Scđo ofidit ip̄s volētē siue bēiuolū ex sui bōitatē r elemētā q? pduxit cūcta. tertio ofidit ipm eē sapientē ex quorūdā effectū specialū pductōe. scđa ibi Quē n̄ externe. tertia ibi. Tu nūeris. p̄mo dicit. O pater q? gubernas mūdū ppetua rōne. i. ppetua puidētia tua. q? es fator. i. creator terraz r celi: q? iubes tps. ire. i. pcedere ab euo. i. a ppetua duratione. tu manens stabilis. i. imutabilis. das. i. facis cūcta moueri. **¶** Notandū q? tota ista l̄sa. Qui ppetua vsqz ad illā ptē. da p̄. v̄z legi suspēsiue r p̄ o hīc teneri vocatiue admiratiue v̄z deprecative. **¶** Notandū q? gubernare ē res in debitū sui finem ordinare qđ spectat ad diuinā bonitatē. regit at̄ prima cā oēs res p̄ter hoc qđ cōmifecat cū eis ifuēdo sup eas virtutē vite r bōitatis fm auctore l̄. de causis. **¶** Notandū q? mund? fm arif. in li. de mūdō ē cōstitutio ex celo r terra r naturis q? in eis sūt. quē mundū de? gubernat ppetua rōne. i. sua p uidentia ppetua q? nō ē trāstoria sic puidētia būana. sed perinanet duratiōe infinita. **¶** Notandū sic aliqđ of fator q? semina plantaz r arborz p̄icit. sic de? of fator in q̄tū celū r terrā creauit r pduxit. p celū autē r terrā et̄ intelligunt elemēta q? sūt in medio. dicit autē r terraz. ponēdo nūerum plalem p singulari p antitesim. **¶** Notandū q? tē pus ē duratio successiua cū sit numerus mot? fm prius r posterius ex q̄to pbicoz. q? duratio pcedit ab euo **¶** Ubi notandū q? eū est duratio pmanēs tota sil nullā hñs succēssionē vel mutabilitatē annerā. r ē idē qđ eternitas. q? ē p̄p̄ia duratio dei. fm quā de? ē cā ip̄is. sic. n. de? p suoz eē est cā cuiuslibet eē. r p suā bonitatē ē cā cuiuslibet boni ita p suā durationē est cā cuiuslibet durationis. **¶** Notandū q? de? ē stabilis. i. imutabilis. q? nulla specie mot? mouet. nō generatiōe r corrupiōe cū sit ingenerabilis r incorruptibilis. nec augmentatione r diminutiōe cū nō sit q̄t? non alteratione nec loci mutatiōe cū sit impr̄bilis. r pbat arif. s. p̄b. ex ordine mouemū r mobiliū necesse ē deue nire ad aliqđ primū oīno imobile r p se r p accis. **¶** Notandū q? oia a p̄o sunt mutabilia. vel fm esse vel fm operationē. Si fm esse hoc est dupl̄. vel fm eē substantiale sic entia generabilia. r corruptibilia. vel fm esse acchtale. sic corpa celestia que licet nō mutent generatiōe r corrupiōe tamē mutant fm esse locale. Si autem ē mutatio fm operationē. sic intelligentie sunt mutabiles. q? in ip̄is est successio intellectōm. licet ergo nō mutent quo ad eē tñ quo ad operationē. **¶** Aliter erponit. Stabilis manēs vas cūcta moueri. vel oib? speciebus motū. vel aliqđ speciebus mot?. accipiendo motū stricte vel large. **¶** Aliter erponit. Stabilis manens vas cūcta moueri. nō q? oia moueant. sed qđ mouet te dante mouet. r sile gēns locutionis. b̄ Joā. primo. Illuat oēm venientē in hūc mundū. n̄ q? oēs sil illuminent. sed oēs qui illulantur a deo illuminantur.

**Quæ non externe pepulerunt fingere cause Materie fluitatis opus: v̄z insita summi**

**Forma boni liuore carens .tu cuncta superno Ducis ab exemplo: pulchz pulcherrimus ipse. Abundum mēte gerens: silqz imagine formans Perfectasqz iubes pfectum absoluere partes**

**¶** Cū nō exte. Hic pbia ofidit deū esse beniuolū ex bōitate elemētis qua oia pduxit r diē. quē. s. deū externe. i. ex trisece cāe. nō pepulerūt. i. nō coegerūt. fingere. i. componere. opus. i. creaturā fluitatis materie q? fluit de eē ad nō eē. r econuerso de nō esse ad esse forme. **¶** Ūz p h̄ insita. i. intrinseca forma. summi boni. i. summe tue bonitatis. s. sup. pepulit te fingere opus fluitatis materie: **¶** O p̄. tu dū clis. i. pducis cūcta ab exēplo supno. i. ab exēplari perpe tuo tuipe pulcherrim? ab oī deformitate elongatus gerens mēte. i. mēoria. plenū mūdū seu pulchz mūdū. s. ar chitici. formās. i. pducēs ipm mūdū sensibile. sili imagi. ne sic p̄ruit in mēte tua. r tu iubes mundū pfectū. i. pfecte pductū. absoluere. i. absolutū tenere sine defectu alicuius pfectas ptes. i. elemēta r elemētata. q? spectāt ad integritatē mūdū. **¶** Notandū q? oē qđ necessitat a cā extrinseca necessitat ab efficiēte. vel a fine. q? nō sunt plures cāe extrinse ce. efficiēs aut̄ necessitat dupl̄. vel violētā iferēdo. vt p̄p̄ cīs lapidē sur lū. vel aliqđ p̄ferēdo quo nūl̄ moueat sic generās formā dās leuitatis mouet ignē sur lūz r necessitate nāe de? at̄ n̄ necessitat ab efficiēte p̄io mō. s. necessitate violētice: cū nihil sit potētū? eo. nec necitate scđo mō cū nihil ab alio recipiat. nec etiam necessitat necessitate finis. q? necessitat ab alio tanq̄ a fine cōparat ad ipm sicut impfectū ad pfectū. eo q? finis ē bonū r pfectio illi? qđ est ad finē. de? aut̄ a nullo extrinseco p̄ficiē. **¶** Notandū q? sola bonitas diuina cogit ipm ad pducēdū op? fluitatis materie. nō aut̄ cogit ipm necessitando sed libere mouēdo. **¶** Notandū q? inuidia facit q? aliqđ bonū alteri non cōdat q? inuidia est tristitia de bono alteri? r q? talis inuidia in deo nō est. id̄ suam bonitatē per creationē aliis cōdauit. **¶** Ūz dicit plato i timoe. Ab optimo inuidia lōge re legata est. r p̄ p̄ns sibi dissilis put nāl̄ cuiusqz capar bil tudinis esse poterat: efficiqz voluerit. **¶** Notandū q? sicut in agētib? p̄ nāz forma rei hēde perisistit in agēte fm eē reale. sic in agētib? scđadū intellectū quasi pducēde perisistit secundum esse intellectuale. sicut artifer volens producere domū. o3 formaz domus p̄io in mēte p̄existere tanq̄ exemplar ad cui? imitationēz faciat domū in materia. cum igitur deus sit agens p̄ intellectū pducēs mūdū ip̄e prebabit in mēte sua exēplar mūdū r oīum partūct? ad cuius imitationēz produxit mundūz ertra. supple q? mundū in mēte diuina perisistēs of architipus ab ar: bos quod ē princeps r typos similitudo quasi principalis similitudo cuius imago of iste mundus sensibilis.

**¶ Tu nūeris elemēta ligas: vt frigora flāmis. Arida cōueniant liquidis: ne purior ignis Luolet: aut mersas deducant pondera terras.**

**¶** Tu numeris elemēta ligas. Hic pbia cōmēdat deum ex pte sapie quo ad specialē effectū pductionē. et p̄io ex productiōe elemētōz. Secūdo ex pductiōe ale mūdū. **¶** Tertio ex pductiōe nostraz aīaz. scđda ibi. Tu triphcis terra ibi. Tu causis. **¶** Primo dicit. O pater tu ligas elemēta frigida cōueniant. idest cōcordent flāmis. idest calidif elemētis. r vt arida idest sicca elemēta conueniant liquidis. i. humidis elemētis. ne ignis purior inter elemēta euolet. idest exeat speram suam magis ascēdēdo r ne pō dera. i. granitates. deducant. idest magis deorsum ducāt terras mersas. idest depressoas. **¶** Notandū q? elemēta habent proportionem numeralem inter se. sicut enīz duo numeri quadrati cōueniunt in vno numero mēdio proportio nali. sic duo elemēta contraria in duabus qualitatibus cōueniunt in vno elemēto medio p̄portionali vtriqz.

Urb



**Uerbi gratia.** Numerus quadratus est qui constat ex vi  
ctu suis ipsius in seipm. dicendo bis duo. ter tria. bis duo in  
quaternariū: et ter tria in nouenariū. et accipe vnum nume  
rum mediū proportionabilem. scz senariū qui fm eandem  
proportionē excedit quattuor in qua excedit a nouē. sicut  
enim nouem continēt sex et mediā partē sex. ita sex continēt  
quattuor et mediā partē quattuor. Sic similis est in elemen  
tis. Nam ignis et aqua in duabus qualitatibus contrariā  
tur. ignis. n. est calidus et siccus aq̄ frigida. et hūida q̄ col  
ligantur vno medio sup. aere. qui conuenit cum igne in ca  
liditate: et cum aqua in humiditate. similiter est de aere et  
terra respectu aque. Secundum hanc sententia littera sic  
exponit: Tu ligas elementa numeris. idest proportionib⁹  
numeralibus. ut frigora. idest aque que frigide sunt. con  
ueniant flammis. idest ignibus. qui calidi sunt per vnum  
elementum mediū qd̄ est aer. et arida. idest terre que aride  
sunt conueniant liquidis idest p̄ribus aeris que humide  
sunt per elementum medium quod est aqua.

**Tu triplicis mediā nature cuncta mouentes  
Connectens animā per consona mēbra resoluis.  
Que cum secta duos motus glomeravit in orbes  
In semet reditura mear: mentēq; profundam  
Circuit: et simili convertit imagine celam.**

**Tu triplicis mediā nature cuncta mouentes:** Hic philo  
sophia ostendit sapientiam ex anime mundi productione  
vbi sciendum q̄ ista littera cōmuniter exponitur ad inten  
tionē platonis in thymeo. sed quia ista expositio est diffici  
lima et modice utilitatis ego eam p̄ranseo: et ponas facile  
expositionem. que est de mente aristot. Ad cuius euiden  
tiam est notandum. q̄ per animam mundi hic intelligit  
intelligentia mouens orbem. que p̄ motus virtutes suam  
influit inferioribus. et hec intelligentia dicitur media inter  
deum et animam humanam. Sicut enī in dignitate et per  
fectione excedit a deo sic ipsa excedit animā nostrā. Nota  
tandum q̄ intelligentia huiusmodi dicitur esse triplicis na  
ture propter tres operationes quas habet. scilz mouere or  
bem. intelligere deum. et intelligere seipsam. Notandū  
q̄ orbes celestes dicuntur consona mēbra intelligentie  
quia per ipsos tanq̄ p̄ organa et instrumenta intelligentia  
influit inferioribus. licet enī intelligentia prima inten  
tione moueat propter se tamen secunda intentione mouet  
propter inferiora. His p̄missis littera plana erit. vnde di  
cit sic. Tu deus animam supple intelligendo quod est intelligen  
tia. mediā sup. inter deum et animam humanam. tripli  
cis nature. idest triplicis operationis. mouentem cuncta  
supple inferiora per inflatum illum tu connectens reso  
luis. idest distinguis. eam per consona mēbra idest per  
conuenientes orbes que anima cōnecta. idest diuisa quā  
tum ad operationes. glomeravit. idest impressit motum  
in duos orbes sup. in orbem primi mobilis. et in orbem  
planetarum. ipsa reditura: idest restera meat. idest pro  
cedit in semetipsam supple intelligendo quod est vna ope  
ratio. et ipsa circuit mentem profundam: idest mentem di  
uinam deum intelligendo. que est alia operatio. et ipsa  
cōuertit. idest mouet celū. simili imagine. idest intellectio  
ne. quod est tertia operatio eius. Adhuc nota licet cor  
pora celestia sint diuersa tamen ratione vnitatis ordinis  
possunt dici vñ corpus. Similiter intelligente licet sint  
diuersa. tamen possunt dici vna intelligentia propter vni  
tatem ordinis in operatione mouendi ergo dicit in singu  
lari animam et non animas.

**Tu causis animas paribus: vitasq; minores  
Prouehis: et leuib⁹ sublimes currib⁹ aptans  
In celam terramq; seris: quas lege benigna  
Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.**

**Tu causis animas paribus vitasq; minores.** Hic philo  
sophia cōmendat sapientiam dei ex animarum nostrarū

creatione dicens. O pater tu prouehis idest producis ani  
mas hominum. et minores vitas. idest animas brutorum  
et plantarū paribus causis. quibus animas mundi pro  
duxisti. scz tu aptans sublimes. idest animas racionales  
hominum. leuib⁹ currib⁹. idest celestibus stellis. tu se  
ris eas in celum et terram. i. in corpora terrēna. quas ani  
mas cōuersas reduci igne. idest charitate reducete. facis  
reverti ad te benigna lege. idest ordinatione tua. Nota  
q̄ anime bestiarum et plantarum dicuntur minores vite  
respectu anime hominis. eo q̄ non habent tot nec ita per  
fectas operationes vite sicut anime hominū. Nota q̄  
leues currus fm intentionem platoniorum intelligit stel  
las compares currib⁹. dixerunt enī platonici. q̄ deus  
omnes animas simul creauerit et seminauerit eas in celo  
delegendo eas stellis comparibus. a quibus postea dela  
bantur in corpora. sed hec opinio non valet. scz q̄ omnes  
anime simul sint create. immo omni die de nouo creantur  
et create corporibus infundunt. Dicuntur autem anime  
seri in celum propter virtutes celestem. ex qua vniō anime  
ac corpus contrahit suam peryodum licet anima a deo p̄  
ducatur in corpore. tamen vniō ex parte dispositionis cor  
poraliū dependet a virtute celesti. ideo dicit eas seri in  
celum et terram. quia anime non cōaptantur corporibus nisi  
si mediante virtute celesti. Unde secundo phisicorū. Mo  
do enim hominē generat et sol. Nota q̄ deus animas  
creatas aptat leuib⁹ currib⁹ idest stellis cōparibus qd̄  
sic potest intelligi. quia anima creata comparitate et simi  
litudinem habet cum stella. Sicut enim stella est nobilior  
para sui orbis et est perpetua sic anima rationalis perpe  
tua existens est nobilior pars hominis. Vel sic potest intel  
ligi q̄ deus animas creatas aptat leuib⁹ currib⁹. idest  
rationi et intellectui qui dicuntur curris anime qui ducūt  
hominem in cognitionem rerum. quas animas serit in ce  
lum et terras. quia anima ratione et intellectu habet cogni  
tionem celestem. et terrestrium. Nota q̄ per ignem  
reducet intelligit ardorem charitatis: que homines auer  
sum a deo vitis facit ipsum redire virtutibus. nisi enī bo  
mo deum amet ipsum non querit nisi querat nō inueniet.  
nisi inueniat ad ipsum non reuertetur.

**Da pater angustam menti conscendere sedes.**

**Da fontem lustrare boni: da luce reperta**

**In te conspicuos animi defigere visus.**

**Dissice terrene nebulas et pondera molis.**

**Atq; tuo splendore mica. tu namq; serenum**

**Tu requies tranquilla piis: te cernere finis.**

**Principium. vector. dur semita. terminus. ides.**

**Da pater angustam menti conscendere sedes.** Postquā  
philosophia captauit benignitatem dei ipsum multiplici  
ter cōmendando: hic exprimit suam petitionem dicens.  
O pater qui facis omnia predicta da. idest concede menti  
sup. humane. conscendere angustam sedem. idest nobilem  
sedem summi boni. da lustrare. idest inuestigando inueni  
re fontem boni. i. deus qui est fons omnis bōi. da luce re  
perta. idest cognitione prehabita in te defigere. scilicet per  
amorem cōspicuos visus. idest claros intuitus. animi. i.  
rationis et intellectus. O pater tu dissice. i. disperge nebu  
las idest obscuritates. et pōdera. i. gravitates terrene mo  
lis. idest dilectionis terrene. atq; mica. idest respēde tuo  
splendore. tu namq; es serenum quo supple omnia illu  
strantur. Tu es tranquilla requies piis sup. mentibus. te  
cernere. idest videre. est finis sup. omnium. tu idem existēs  
es principium. quia origo omnium rerum. tu es vector qz  
verbis nos p̄ gratiam quo puenire non possumus per na  
turas. tu es dur dicens ab errore ignorantie ad veritatē  
sapientie. tu es semita cū sis via et veritas et per te ad teipm  
peruenitur. tu es terminus ultra quem nihil queritur cū  
sis summum et perfectum bonum. Nota q̄ sedes sumi  
boni dicitur angusta. i. subtilis. quia vis magno labore ad



ipsam puenit. vel dicit angusta. i. nobilis. q. nihil sibi co  
parari pot. C Itē deū vocat fontē summi boni. sicut enim  
riuali hnt existere ⁊ fluere a fonte ⁊ ipse a nullo. sic a deo  
omne bonū hz esse. ipse aut a nullo. Nota ad hoc q. sedes  
summi boni pscendat. o. q. iuestigat. ⁊ q. nō sufficit inue  
stigare si non inueniat. nec inuenire si nō diligat. id pbia  
petit p amore de hgi visum animi. i. rōnem ⁊ intellectū in  
summū bonū. C Nota q. q. intellectus ⁊ rō impediunt  
⁊ obscurant per affectionē ⁊ desiderii terrenor. q. corpū  
q. corripitur aggrauat asam q. corpon est subiecta ideo  
pbia petit fugari nebulas terrene molis. ⁊ q. non sufficite  
fuga tenebrar. nisi assit lux illuminans: ideo petit illumi  
nationē dicens. Atq. tuo splendore mica. C Itēz difficio  
cis. i. dispergo vel remoueo. ⁊ dicitur a dis prepositione  
inseparabili ⁊ a verbo teo icia.

Prosa decima libri tertii.

**Q**uoniam igitur q. sit imperfecti que et pfe  
cti boni forma vidisti. Nūc demonstrā  
dum reor quonā hęc felicitatis pfectio  
constituta sit. In quo illud primū arbi  
troz ingrendū. an aliqd hmoi bonū: quale paulo  
ante diffinisti: in reꝝ natura possit existere. ne nos  
preter rei subiecte veritatem cassa cogitationis  
imago decipiat. Sed quin existat. sitq. hoc velu  
ti qdaz oium fons bonor. negari nequit: Omne  
enim qd imperfectum dicitur esse: id diminutio  
ne pfecti iperfectūq. esse phibetur. Quo sit vt si  
in quolibet genere ipsectū quid esse videatur: in  
eo pfectam quoq. aliqd esse necesse sit. Etenim  
pfectione sublata: vñ illud qd imperfectum phibe  
tur extiterit. ne fingi quidem pot. Neq. enim ab  
diminutis in consumatisq. natura reꝝ cepit exor  
diū: ab integris absolutisq. pcedens in hęc ex  
trema atq. effeta dilabit. Qd si vt pauloante  
monstrauimus: est quedam boni fragilis iperfec  
ta felicitas: esse aliquam solidam pfectamq. nō  
pot dubitari. B. Firmissime in quā verissimeq.  
conclusam est. P.

Prosa decima tertii libri.

**Q**uoniam igitur q. sit imperfecti. Ita ē decima pfa  
hui⁹ tertii: i. q. pbia ondit vbi vera bitudo sit  
stituta ⁊ pzo pnuādo se pb. ut bitudine per  
fectam eē in reꝝ nā. scdo ondit in quo sit vera  
bitudo. Ibi. Quo vō. Primo dicit O Boeti qm vidisti  
in precedentibus que sit forma imperfecti boni. ⁊ que sit for  
ma pfecti boni. nunc reor. i. opinor eē demonstrandum.  
quonā. i. vbi hęc pfectio felicitatis. i. pfecta felicitas. sit cō  
stituta. i. quo sup. inuestigando. illud ego arbitroz primū  
esse ingrendū. an aliquod hmoi bonū pfectū quale paulo  
ante. i. octana prosa diffinisti. possit existere in reꝝ natura  
ne cassa. i. vana. imago. i. spēs cogitationis nos decipiat  
preter veritatem subiecte rei. i. crētis rei. sed negt negari  
qn existat in reꝝ natura pfectum bonū ⁊ pfecta felicitas.  
⁊ hoc bonū sit veluti fons oium bonor. ⁊ tunc pbat ipm  
esse tali rōne. In quocūq. genere est repire imperfectum in  
eodez est repire pfectum. sed i genere reꝝ est repire imper  
fectum bonum ⁊ imperfectā felicitatem vt pz ex precedenti  
bus. ergo in reꝝ natura crit dare pfectū bonum ⁊ pfectas  
felicitatem. hanc rōnem ptractat in litera ⁊ dicit. Omne  
quod dicitur esse imperfectum illud phibeť imperfectū dimi  
nutione. i. defectu pfecti. quo sit vt si in quolibet genere  
videatur esse quid. i. aliqd imperfectū in eo genere necesse sit  
aliquid esse perfectum. ⁊ enim sublata. i. circūscripta pfe

ctione. nec fingi pot vt extiterit. i. esse habeat. qd phibetur  
imperfectum. neq. n. natura cepit exordii a diminutis ⁊ in  
cōsummatis. i. ab imperfectis. sed natura pcedens ab in  
tegris ⁊ absolutis. i. pfectis. dilabitur in hęc extrema. i. in  
feriora. atq. effeta. i. infructuosa ex hoc ergo accipit ma  
gis. i. nis in quocūq. repif aliqd imperfectum. Tunc subitū  
git minorem dicens Sicut pauloante monstrauimus q.  
est fragilis boni ⁊ imperfecta felicitas. Et ponit pclusionē  
dicens ergo dubitari non pot esse aliquā solidam ⁊ pfectā  
felicitatē. quod pcedens. B. dicit. verissime ⁊ firmissime  
conclusum est. C Notandū q. in ipalibus ⁊ sensibilib. nō  
pt esse summū ⁊ pfectū bonū ⁊ q. multi sunt qui non pu  
tant esse alia bona preter sensibilia. ideo ne aliqd puter nul  
lum esse pfectū bonū in reꝝ natur apbia pzo anteq. on  
dat vbi sit situm pfectū bonū pbat ipsum esse. C Notan  
dum q. res subiecta est de q. bētur sermo ⁊ cognitio. h. vñ  
cogitamus de re que non est nūc est cogitatio cassa preter  
veritatem subiecte rei decipiēs nos. ne aut talis cognitio  
videat esse summi boni. ideo primo pbat ipsum esse in re  
tuznā. C Notandū q. imperfectū non pot esse principii re  
rum. q. perfectum prius est imperfecto. principii aut non  
est aliqd prius. ex quo sequitur q. vbi est imperfectū ibi ē re  
perire pfectū. C Notandū q. est deuenire ad aliqd pfectū  
a quo natura incipiens progredit ad posteriora ipsecta. cu  
iusmodi sunt hęc inferiora que dicuntur extrema ⁊ effeta.  
q. sunt vltima causatorum non causa aliis inferioribus.

**Q**uo vō inq. habitet ita cōsidera. deū reꝝ oium  
principē bonū esse. cōis humanor. cōceptio pbat  
atq. nā cū nihil deo meli⁹ excogitari qat: id quo  
melius nihil est: bonum esse quis dubitat.

**Q**uo vō inq. Ite pbia ondit in quo pfectum bonum. si  
ue felicitas sit sita. scdo pcludit quoddam corclarium. ter  
tio mouet dubitationes. scda ibi. Super hęc. tertia ibi. At  
qui h. q. Primo dicit vel ondit pfectam felicitatē esse i  
deo cōstituta. scdo ondit p que modū sit in deo ibi. S.  
quelo primo ponit vnam ppositionē notā. scdo ex ca  
pbat intēū ibi. Ita vō. Primo dicit. Jam probatum est  
q. est dare perfectum bonū quo vō. i. in quo habitet illud  
perfectum bonum. ita cōsidera. Et tunc subiungit ppo  
sitionē. Ois conceptio cōis humanorū atq. probat. i.  
pcedit deum esse bonum principem oium rerū ⁊ q. de  
sit quoddā bonū. pbat per hoc: q. deo nihil melius excog  
itari pot. ⁊ q. dubitat illud esse bonū quo melius nihil  
est. q. v. nullus. C Notandū q. deum esse principem oium  
reꝝ oēs pcedunt. sed q. pitagorici duo poluerūt esse prief  
pia reꝝ. vnum bonum aliud malū. ne ergo aliquis occasio  
ne huius negaret deū esse bonum. ideo hoc probat ex eo  
q. nihil potest meli⁹ excogitari deo. Vñ dicit hūs Aug.  
in lib. de doctrina christiana. Omnes latine lingue scien  
tes euz aures eorum sonus tergerit quo profertur deus:  
mouentur ad cogitandum excellentissimam quandam l.  
mortalem naturam. ita autem cogitatur deus vt aliquid  
quo nihil sit melius.

**I**ta vō bonū eē deū rō demonstrat vt pfectum  
quoq. bonū in eo eē conuincat. nam ni tale sit: re  
rum oium princeps eē nō poterit. Erit. n. eo pre  
stantius aliqd pfectū possidēs bonū. qd hoc pri⁹  
atq. antiquus eē videat. Dia nāq. pfecta minus  
integris pzoia eē claruerit. qre ne in infinitā rō  
pdeat: consistendū ē summū deū: sūmi perfectiq.  
boni esse plenissimū. Sed pfectū bonū veram eē  
bitudine pstituitur. veram igitur bitudinem  
in summo deo sitam esse necesse est. B. Accipio  
inq. nec ē qd contradici villo modo queat. P.

**I**ta vō bonum esse. Ite probat intēū q. bitudo siue p  
fectum



fectum bonū sit sicut in deo tali rōne. Perfectū bonum ē vera bñtudo, sed in deo est perfectū bonum, ergo in deo ē vera bñtudo, vñ dicit in lra. Ratio ista demonstrat deū eē bonum vt conuincat, i. infallibiliter pcludat, in eo esse perfectum bonū, nam nī, i. nī deus sit tale, i. perfectū bonū, nō poterit esse pceptus oīuz rez, si enim non sit perfectū bonum erit aliqd pstantius eo possidens pfectū bonum: quia oīa pfecta claruerunt, i. manifesta sūt esse priora minus integris, i. pfectis, quare ne rō pdeat, i. pcedat in infinitum confitendum est sūmū deū esse plenissimū sūmū pfectū, bōi i sic p3 mior rōis, i. q in deo est pfectum bonū. Tunc probat maiorem dicens, Sed pstitimus, i. probauimus nona profa, pfectū bonū esse veram bñtudinem igit restat concludere q necesse est veram bñtudinem sitam esse in summo deo. Cui Boetius consentiens dicit accipio, i. concedo inquā, nec est qd vllō mō queat p radi et. C Notandū q si deus non esset pfectū bonū sed imperfectū procederet in infinitū sic arguendo, Deus vel est pfectū bonū vel imperfectū, si perfectū habet ppositum, si imperfectū erit aliqd prius eo, cū pfectū sit prius imperfecto. Illud ergo prius vel est pfectū bonū vel imperfectū, si pfectū illud erit deus, i. habet ppositum, si imperfectū erit aliqd prius eo cum pfectū sit prius imperfecto, Itē querit de illo priori, vel est pfectū bonū vel imperfectū, i. sic pcedere tur in infinitū, vel dabitur deū esse pfectū bonū, i. hoc inuit in lra cū dicit, Quare ne in infinitū ratio procedat.

**S**ed queso inquit te, vide q id sancte atq; iustabiliter pbes q boni summi summū deū diximus esse plenissimū. **B.** Quonā inquā mō. **P.** Ne hunc rez oīuz patrem illud sūmū bonū quo plenus esse phibet: vel extrinsec⁹ accepisse: vel ita naturaliter habere presumas: quasi hñtis dei habiteq; bñtudinē diuersam cogites esse substantiā. **N**ā si extrinsecus acceptū putes: pstantius id qd dederit: eo qd accepit existimare possis. Sed hūc eē rez oīuz pcellētissimū dignissime cōfitemur. **N**ō si natura qdē test: sed rōne diuersum: cū de rez pncipe loquamur deo: fingat que pōt quis hec diuersa conuincit.

**S**z queso te inqt. Hic pbia ostēdit p quē modū vera bñtudo sit in deo, qz non est in deo tāq; aliqdū distinctum ab ipso sicut accidens a subiecto, sed est idē cū ipso, qd pbat quattuor rōibus, scda ibi. **P**ostremo, tertia ibi. **O**mnino enim, quarta ibi. **R**espice inquit. **P**rimo premitit intantum summi cum quadam diuisione cuius membra improbat dicens, **O** Boeti queso te vide q id sancte, i. firmiter i. inuolubiliter pbes q dicitur summū deū esse plenissimū summū bonū i dicit Boetius, Quonā modo sup, hoc probatur. Tunc ponit pbia diuisionem dicēs, psumas, i. putas ne hunc patrem oīum rez accepisse extrinsecus illud summū bonum quo phibet esse plenus, vel presumas ita naturaliter habere a se illud bonū, quasi cogites diuersam esse sūam dei hñtis i bñtudinē habite. Et tunc improbat membra, primo qz deus non accepit summū bonū ab extrinsecō dicens, Nam si putes bonū qd in deo est extrinsecus acceptum tunc tu possis, i. potes existimare eē pstantius, i. melius illud bonū qd dederit eo qd accepit sup, deo qd est falsum: qz pntemur hunc pcellētissimū oīuz rez. Tūc probat qz pfectū bonū in deo non est i ipso naturaliter tanq; differens a se sua dicens, **N**ō si natura, i. p naturā, inest deo summū bonū sed est diuersum ab ipso rōne quiditatua, fingat que pōt qz hec diuersa conuincit sup, deum i summū bonū, q. d. non est dare aliquem priorem ista diuersa conuincit. **C** Notandū qz rō oīuz pbia pretendit est ista, summū bonū qd est in deo vel est acceptum ab extrinsecō, vel inest sibi naturaliter, si ab extri-

seco aliquid erit pstantius i nobilius deo: qz dicitur summum bonū pstantius est recipiente ipso, si aut inest deo naturaliter vel tanq; idē sibi, vel tanq; diuersum ab ipso si tāq; idē sibi habet ppositū, si tāq; diuersum ab ipso: erit aliqd pri⁹ qd ista diuersa pūerit talia autem fingere est difficile.

**P**ostremo qd a qualibet re diuersum est, id nō est illud a quo intelligitur esse diuersum, quare qd a summo bono diuersum est: sui natura id summum bonum non est, qd nephās ē de eo cogitare quo nihil cōstat eē pstantius.

**P**ostremo qd a qualibet. **H**ic pbia ponit scdam rōnez qz summū bonū in deo non differt ab ipso, i. est rō talis, Illud quod est diuersum ab alio non est illud a quo est diuersum. Si ergo summū bonū esset diuersū a deo: deus si esset summū bonū quod nephās est dicere, vñ dicit in lra. **P**ostremo illud quod est diuersum a qualibet re, illud si est illud a quo intelligit, i. videt esse diuersum: quare quod sui natura diuersum est a summo bono, illud non est summum bonum, si igit summū bonū ita sit in deo qz fm naturam est diuersum ab eo, seqz qz deus non sit summum bonū: quod nephās est cogitare de deo, quo nihil cōstat eē pstantius. **N**ota si aliqd esset in deo diuersum ab ipso: deus esset compositus, i. non essentia simplicis quod ē falsum. **I**te qd est in deo diuersum ab ipso, vel est accidens vel est pars eius, non accidens: qz deus nō ē subiectū alicuius accidentis, si est pars eius cum pars pcedat totū aliqd erit prius deo: quod falsum est.

**O**mnino enim nullius rei natura suo pncipio melior poterit cristere. Quare qd oīum pncipiu sit id etiā sui sūa summū esse bonum verissima rōne conuincit. **B.** Rectissime inquā. **P.** Sed sūmū bonum bñtudinē esse concessū est, b. ita ē i quā. **P.** Itatur inquit deum esse ipsam beatitudinem necesse est confiteri, b. Nec inquam ppositis prioribus refragari queoz: ab illis hoc illatum consequens esse perspicio. **P.**

**O**mnino enim nullius rei natura. **H**ic pbia ponit tertiā rationem que talis est, Illud quod est pncipiū oīuz formalius est summū bonū: qz sūmū bonū nō potest eē pncipiū: sed deus est pncipiū oīuz, ergo formaliter est summū bonū: sūmū aut bonū est bñtudo, ergo deus formaliter est summa bñtudo, vñ dicit in lra. **O**mnino, i. generaliter nullius rei natura poterit cristere, i. esse melior suo pncipio qz re qd oīuz sit pncipiū sicut deus illud etiā pcluderim verissima rōne, summū esse bonū sūa, i. per sūam, cui assentit Boetius dicit, Rectissime inquā pclusum est, sed summū bonū esse bñtudinē pcessum est dicit, Boetius: ita est inquā. **C**cludit ergo pbia, Igit necesse est deū pnterit ipas bñtudinē, dicit Boetius, nec quoc refragari, i. resistere, prioribus ppositis, i. pmissis, i. ego pspicio hoc illatum esse pns illis, i. ad illa. **N**ota qz pncipiū oīum rez opz esse summū bonū substantialiter: qz si aliqd aliud a pncipio esset sūmū bonū substantialiter sicut aliqd pncipiū, sequitur qz pncipiū sit nobili⁹ suo pncipio, nā bonū substantialiter nobilius est bono accidentaliter. **I**tem si pncipiū non est bonum substantialiter sed accidentaliter cum eē quod est tale per accidens reducatur ad aliqd tale per se: tunc pncipiū reducetur ad aliqd: i. p pns non eēt pncipiū.

**R**espice inquit an hinc quoq; idem sit minus ap probetur: qz duo summa bōa que a se diuersa sunt esse non possunt. **E**tenim que discrepant bona: nō esse alterum quod sit alterū liquet: quare neutrum poterit esse pfectū: cūz alterutri alterū de-



est. Sed quod perfectum non sit: id summum non esse manifestum est: nullo modo igitur que summa sunt bona: ea potest esse diuersa. Atqui et beatitudine et deum summum bonum esse collegimus. quare ipsam necesse est summam esse beatitudine quam sit summa diuinitas. **B.** Nihil inquam nec re ipsa verius nec ratiocinatione firmitus: nec deo dignius concludi potest. **P.**

**C** Respicere inquit an hinc. **Hic** ponit quartam rationem quod beatitudo in deo non differt ab ipso. Si beatitudo differret a deo cum utriusque deus et beatitudo sit summum bonum: essent duo summa bona. quorum unum non esset alter. et cum unum deest alteri neutrum erit perfectum et summum bonum: quod perfectum est. quod bonum que deest. ergo necesse est beatitudine esse idem cum deo. vnde dicitur in scriptura. **O** Boetius respice an hinc quod modo dictum illud quod probatum est firmitus approbetur. duo summa bona esse non potest que sint a se diuersa. etenim liquet. id est manifestum est. quod bona que discrepant. non esse altere super eorum bonorum: quod sit altere. quare cuius altere deest alteri. id est alteri. neutrum poterit esse perfectum: cum perfectum sit cui nihil deest. **C** Sed manifestum est. illud non esse summum bonum: quod non est perfectum igitur in nullo modo potest esse diuersa ea que sunt summa bona. Atqui pro certo. deum et beatitudine collegimus esse summum bonum. quare necesse est ipsam naturam que sit diuinitas. id est naturam dei esse summam beatitudine. quod Boetius approbans dicit. nihil verius est ipsa re nec ratiocinatione firmitus: nec deo dignius concludi potest. **C** Notandum est quod in hoc topico quod per superabundantiam dicitur vni soli conuenit cum igitur summum bonum dicatur per superabundantiam non erunt duo summa bona. **C** Item si essent duo summa bona vel essent eiusdem speciei: vel differrent specie: si eiusdem speciei erunt equaliter perfecta et unum erit superfluum. si differrent specie unum erit perfectius altero. quod impossibile est duas species esse equaliter perfectas: sed quod est imperfectius non est summum bonum. ergo non sunt plura summa bona.

**C** Super hec inquit igitur veluti geometre solent demonstratis propositis aliquid inferre que porismata ipsi vocant: ita ego quoque tibi veluti corollarium dabo. Nam quoniam beatitudinis adeptio est diuinitatis adeptio fieri beatos manifestum est. Sed uti iustitie adeptio iusti: sapientie sapientes fiunt: ita diuinitatis adeptos deos fieri simili ratione necesse est. **O** is igitur beatus deus sed natura quidem vnus: participatio deo nihil prohibet esse quam plures. **B.** Et pulchrum inquam hoc atque preciosus siue porisma siue corollarium vocari mauius. **P.**

**C** Super hec inquit. **Hic** per beatitudinem percludit ex dictis quadam conclusionem corollariam dicens. Super hec. id est per dicta ego tibi dabo corollarium. id est conclusionem corollariam. ita. id est sicut geometre aliquid solent demonstratis suis propositis inferre. que illa ta ipsi vocant porismata. id est apertiones. Et tunc ponit corollarium quod ois beatus est deus. quod sic inferit. quod adeptio beatitudinis fiunt hoies beati: beatitudo deo est ipsa diuinitas ut probatum est manifestum est hoies beatos fieri adeptio diuinitatis. sed sicut adeptio iustitie fiunt hoies iusti: et adeptio sapientie sapientes. ita necesse est adeptio diuinitatis esse beatos siue deos. igitur ois beatus est deus. sed natura quidem vnus deus est et non plures: participatio deo nihil prohibet plures deos esse. hanc conclusionem commedat. **B.** dicit. Et pulchrum inquam hoc. id est quod modo perclusisti. atque preciosum siue porisma siue corollarium mauius. id est magis velis ipsum vocari. **C** Notandum quod ois beatus est deus: hoc probatur ex scriptura sic. **H**oies sunt beati adeptio beatitudinis: sed beatitudo est diuinitas. ergo hoies sunt beati adeptio diuinitatis sed adeptio

ne diuinitatis aliquid efficit deus: ergo ois beatus est deus. vel potest sic argui. **A**deptio diuinitatis aliquid efficit deus. adeptio diuinitatis aliquid efficit beatus cum diuinitas sit idem cum beatitudine: ergo omnis beatus est deus. **C** Nota finem Augustini. quod potius. id est est subtile foramen in corpore per quod sudor emanat. inde porisma. id est aperitio vel illuminatio sententiarum. **D**icunt etiam porismata regule quas geometre proponunt ad aliquid ostendendum eo quod aperiant et illuminent mentem lectoris: et ipse allegat hoc. in hoc libro de hoc nomine porisma. **C** Notandum est eundem Augustinum. a corona venit corona riuus quod est finis victorie vel finis belli vel certaminis. id est corona vel aliquid aliud vel coronarium est vnde aliquid merebitur honoris: vel adipsam coronam. Et etiam allegat Boetium in hoc loco de hoc nomine coronarium. sed eundem ipsum nolumus coronarium. et est corollarium conclusio sequens ex premissis. **C** Nota aliquid viceret. Si ois beatus est deus cum plures sint beati. plures erunt dei. **R**espondit Boetius quod vnus est deus naturaliter et esse naturaliter: sed participatiue. id est participatio virtutis et immortalitatis potest esse plures dei. vnde per. Ego dixi vni estis et filii et ceteri dei. **C** Item innuit per. id est metha. vbi sic concludit. non valet pluralitas principum. sit ergo vnus princeps. id est finem naturam et essentiam. Ergo dicit Seneca. **C**irca speculatiuum est quod si deus in humano corpore hospitatus. **C** Pro quo vltimius notandum quod deus est quadruplex. aliquid est deus nunc participatiue ut idolum. Alius usurpatus ut demonis cultu dei sibi usurpantes ut dicit scriptura. **O**es vni gentium deum dicitur Tertius participatiue ut hoies beatitudines participantes. Quartus est deus natura beati essentie eternitate. immutabilitate et coequebilitate. primis tribus modis potest bene esse plures dei. sed non quarto modo. **C** Ultimo nota veritate siue diuinitatem participare: non est nisi immortalitate. impassibilitate. subtilitate et agilitate adipsam. **N**am mortale additum nobis separat nos a deo: ut dicit porphyrius. ergo adeptio immortalitatis erimus dei.

**C** Atqui hoc quoque pulchrius nihil est quod his annectendum esse ratio persuadet. **B.** Quid inquam.

**P.** Nam multa inquit beatitudo continere videat utrum ne hec oia in vnus veluti corpus beatitudinis quadam partium varietate coniungant. An sit eorum aliquid quod beatitudinis substantiam compleat. ad hoc deo cetera referant. **V**elle inquam id ipsarum rerum commemoratio patefaceres. **P.** **P**one inquit beatitudinem bonum esse censemus. **B.** Ac summum quidem est. **P.** **A**ddas inquit hoc omnibus. **B.** Nam eadem sufficientia summa est. eadem summa potest ita. reuerentia quoque claritas et voluptas beatitudo esse iudicatur. **B.** Quid igitur. **P.** **H**ecce oia bona sufficientia: potentia: ceteraque veluti quedam beatitudinis membra sunt. an ad bonum veluti ad verticem cuncta referantur. **B.** Intellego inquam quid investigandum proponas sed quid constituas: audire desidero. **P.**

**C** Atqui hoc quoque pulchrius nihil est. **H**ic per beatitudinem mouet circa per dicta quadam dubitatione. sed soluit ea ibi. **C**ulus discretionem. **P**rimo dicit. Et quo dicitur hoc corollarium esse pulchrum. Atqui pro certo hoc quod iam dicam nihil est pulchrius. quod ratio persuadet esse annectendum his. **C**irca adictis et dicit Boetius quod est pulchrum illud. dicit per beatitudinem videat multa optinere. videat vtrum hec oia coniungant. id est constituent veluti vnus corpus beatitudinis. quadam varietate partium. an sit aliquid eorum quod compleat istam beatitudinis. et ad hoc cetera referantur. **T**unc Boetius petit hanc rationem magis elucidari dicens. **V**ellem inquam ut patefaceres illud



res illud quod queris cōmemoratione ipsarū rez sup. ex-  
plicando. & p̄bia p̄cedēs Boetio querit. Nōne cen-  
tus b̄tūdine esse bonū dicit. **B.** Certe sūmū bonūz cui  
p̄bia licet. i. licitū est addas hoc sup. sūmū oibus b̄is.

Nam b̄tūdō est sūmā sufficiētia. eadem est sūmā po-  
tētia. & iudicat esse sūmā reuerentia claritat. & volūtag  
dicit. **B.** Quid igit sup. estimas dicēdū. r̄ndit p̄bia. hēc  
ne. i. nunqd̄ hec oia. i. sufficiētia. potentia ceteraqz. sunt  
veluti quedā membra b̄tūdinis. an cūcta referūt ad bo-  
nūm veluti ad verticē. i. tanqz ad sūmā rōnem appetē-  
di oia alia. Tunc Boetius fatef̄ se itelligere q̄onem & p̄e-  
stolari eius solutiōne dicens. Intelligo qd̄ p̄ponas inue-  
stigandū: sed desidero audire quid p̄stituas. i. diffinitas q̄  
stionem dissoluendo. **C.** Notādū qd̄ qd̄ quā p̄bia monet ē  
ista. Vtrum p̄dicta quqz. i. sufficiētia reuerētia. sc. consti-  
tuant b̄tūdinem sicut diuersa membra vniū corpus. vel  
vtrum oia sint eadē & referūt ad aliqd̄ vniū. i. ad bonūm  
quod sit rō appetendi oia ista. **C.** Notādū qz in b̄tūdine  
est sūmū bonūm. & i b̄tūdine est sufficiētia. reuerentia.  
potentia. glia & iocūditas. Ideo querit an ista sint in b̄-  
tūdine tāqz diuersa: aut ad vniū relata. i. ad bonū rōne cu-  
ius appetit. **C.** Nota ad primā p̄e q̄onīs v3 r̄nderi qd̄ nō  
qz membra vniū corpus p̄stitūtia. v̄nt esse inter se diuer-  
sa vt statim p̄babit̄ i l̄ra sequētī. sed illa. s. sunt vnum vt  
probatū est ergo non p̄bit esse partes b̄tūdinis p̄stituen-  
tes ip̄am sicut mēbra vniū corp⁹ & si sic sequeret̄ qd̄ beati-  
tudo seu deus non esset oīno simplex qd̄ est impossibile.

**C.** Cuius rei discretione sic accipe. Si hec oia b̄-  
tūdinis membra forent: se quoqz inuicem dis-  
creparent. Nec est enim partium natura vt vniū  
corp⁹ diuersa cōponāt. Atqui hec oia idē eē mō  
strata sunt. minime igit̄ mēbra sūt. Alioquin ex  
vno mēbro b̄tūdō videbitur esse coniuncta. qd̄  
fieri nequit. **b.** Idē in quā dubium non est: sed id  
quod restat expecto. **p.**

**C.** Cuius rei discretione. Sic p̄bia soluit q̄onē. & primo offi-  
dit qd̄ ista quqz non sunt p̄tes & mēbra b̄tūdinis. sc̄do offi-  
dit qd̄ oia referant̄ ad bonū ibi. Ad bonū vō. **p.** Primo lit̄  
dit talem rōnem. Membra p̄stitūtia aliqd̄ vniū ad iūicē  
v̄nt esse diuersa. sed ista oia quqz sunt idem: ergo nō sūt  
mēbra & p̄tes b̄tūdinis. v̄nt dicit in l̄ra. Cuius rei sup.  
posite in q̄onē. sic accipe discretione. i. discretā solutiōne.  
Si hec oia forent mēbra b̄tūdinis: tunc discreparent a se  
inuicem. hec enim est natura partium: vt diuersa cōponāt  
vniū corpus. Atqz pro certo hec oia quqz monstrata sūt idē  
esse sup. in. 9. p̄osa. igit̄ minime sunt mēbra b̄tūdinis s3  
si in eis saluet̄ rō mēbra oia erunt vniū membrū. & tunc  
seqz b̄tūdine cōponi ex vno mēbro qd̄ est impossibile  
& hoc est qd̄ dicit aliq̄n. i. h̄ aliter dicat qd̄ nō sūt membra  
s3 vniū mēbrū: videbit̄ b̄tūdō esse iuncta ex vno mēbro  
qd̄ fieri negt. Et dicit Boe. Id qd̄ qd̄ mō cōclusū est nō  
est dubiū sed illud qd̄ restat de veritate alterius p̄tis que-  
stionis expecto. **C.** Notādū qd̄ b̄tūdō est diuinitas vt pri-  
us visū ē. & qz diuinitas ē oīo simplex & idiuisibilis. & ex nul-  
lo pōt esse cōstituta. cū enī p̄stitūtes prius sit p̄stituto: esset  
aliqd̄ prius veritate qd̄ absurdum ē ergo b̄tūdō non pōt  
esse cōstituta ex plurib⁹ membris vel ex vno mēbro.

**C.** Ad bonū vō cetera referri palam est. Id cir-  
co. n. sufficiētia petitur: qm̄ bonū esse iudicat̄.  
Idcirco potentia: qm̄ id quoqz esse creditur bo-  
nūm. Idem de reuerentia: claritudine. incūditate:  
coniectare licet. Omnium igitur expetendorū  
sūmā atqz cā bonū ē. **Qd̄.** n. neqz re neqz simili-  
tudine vllū i se retinet bonū: id expeti nullo mo-  
do pōt. **Lōtraqz** ē q̄ natura bona non sūt tñ si eē

uideant̄ q̄si vera bona sint appetunt. Quo fit vti  
sūmā atqz cā expetendorū oīum bonitas esse iu-  
re credatur.

**C.** Ad bonū vō cetera. h̄c p̄bia offiit̄ qd̄ oia referūt ad bonū  
tāqz ad cām p̄pter quā appetūt. sc̄do ex dictis deducit̄ q̄  
dam p̄clusiones superius p̄batas vt melius intelligant̄.  
sc̄da ibi. Cuius vō cā. **p.** Dico dicit. **p.** Salā ē cetera sc3 an-  
dy supradicta ad que oia appetenda reducuntur ip̄a refer-  
ri ad bonū. idcirco enim petit̄. i. appetitur. sufficiētia: qz  
bonū esse iudicatur. idcirco potentia desiderat̄: quia id  
ēt credif̄ eē bonū. idē licet cōiectare. i. iudicare. de reuerē-  
tia claritudine. i. claritate. & incūditate. & sic vlt̄ cōclude-  
re qd̄ bonū est sūmā. i. p̄fectio. & cā oīuz expetendorū. i. de-  
siderandoy. qd̄ declarat p̄ signū dicens. illd̄. n. quod ne-  
qz in re neqz in similitudine. i. apparētia. vllū bonū retinē  
in se. illud nullo mō pōt expeti. i. desiderari. & p̄tra. i. per  
p̄trariū illa que non sunt bona natura idē est ex natura. tñ  
si videat̄. i. appareant esse quasi vera bona sint appetunt̄.  
quo fit vti bonitas iure credat̄ esse sūmā atqz cā oīum  
expetendorū. **C.** Notādū qd̄ bonū est cā oīuz desideran-  
doy: qz deficiente rōne boni in aliquo siue sit bonū fin  
apparētia siue existentiā. tollit̄ rō appetibit̄. posita vō rō.  
ne boni in aliquo siue s3 re siue s3 apparētiam erit quo ip̄s  
est appetibile. propter quod dicit Arist. 3. de anima. Nō  
uet enim appetibile hoc quidem bonū hoc autem ap-  
parens bonū.

**C.** Cuius vō cā quid expetitur. id maxime videtur  
optari. Veluti si salutis cā quispiam velit egare  
non tam equitandi motū desiderat̄ q̄ salutis ef-  
fectūm: Cum igit̄ oia boni ḡa petāt non illa po-  
tius q̄ bonū ipsum desiderant̄ ab oibus. Sed p̄-  
pter qd̄ cetera optant̄ b̄tūdinem esse cōcessim⁹  
quare sic quoqz sola queritur beatitudo. Ex quo  
liquido apparet̄ ipsis boni & beatitudinis vnam  
atqz eandem esse substātiām. **b.** Nihil video cur  
dissentire quispiam possit.

**C.** Cuius vō cā. Sic ex dictis p̄bia deducit̄ quasiā p̄clusio-  
nes prius probatas vt melius intelligat̄ & sunt due. **p.** Pri-  
ma est qd̄ bonū & b̄tūdō sunt idem. Secūda qd̄ deus & bo-  
nū idem sunt. deducens ergo p̄rio p̄clusionē dicit. Illud  
maxime videt̄ optari. cuius cā. qd̄. i. aliqd̄. expetit̄. i. desi-  
derat̄. vt si cā salutis. i. sanitatis. q̄spiam. i. aliq̄. velit eg-  
tare non tam. i. non tñ desiderat motū egandi. q̄. i. in-  
quātū desiderat effectū salutis. i. sanitatis. cū igit̄ oia pe-  
tant̄. i. appetāt ḡa boni. illa nō potius desiderant̄ ab oī-  
bus q̄ ipsam bonū. s3 nos p̄cessimus b̄tūdine esse p̄-  
qz cetera optant̄. quare sola b̄tūdō tāqz finis oīuz alto-  
rū. querit̄. i. desiderat̄. ex quo ligdo. i. manifeste appet eē  
eandem s̄bam ipsius boni & b̄tūdinis Boetius enim al-  
sentiens isti deductioni dicit. Nihil video cur q̄spiam possit  
dissentire. **C.** Notādū quoniamqz p̄prietas per se ē eadē  
necessē est illa esse eadē. cum igitur bonū & b̄tūdō hēant  
vnam & eandē p̄ se p̄prietatē erunt eadē. Nam per se p̄-  
p̄riū est b̄tūdini. qz oia p̄pter eam desiderant̄ similiter  
illa p̄prietas est boni qz oia appetūt qz bona. ergo bonū  
& beatitudo sunt idem. **C.** Notādū qd̄ illud magis appeti-  
tur cuius causa aliqd̄ appetit̄. qz illud p̄pter quod ali-  
quid appetit̄ prius est in causando motū desiderii q̄ illd̄  
qd̄ appetit̄ p̄ alid̄: qz cā p̄laria prius influit q̄ sc̄da-  
ria & id illud p̄pter qd̄ aliqd̄ appetit̄ plus influit. **deside-  
rio** q̄ illud qd̄ appetit̄. p̄pter aliud sicut finis plus influit  
q̄ ordinata in finē. & hoc declarat p̄ erēplū i l̄ra de sanita-  
te: que plus appetitur q̄ actus equitandi factus propter  
sanitatem.

**C.** Sed deum veramqz beatitudinem vnum atqz  
idem esse monstrauimus. **B.** Ita inquam. **p.**



Securo igitur concludere licet dei quoque in ipso bono nec unquam alio sitam esse substantiam.

**Sed prescientia inquis** tamen si futuris euenienti necessitas non est. **sc.** Hic ostendit philosophia quod prescientia diuina non sit signum necessitatis rebus futuris. Secundo ostendit quod modus probandi ex signo non est efficax. sibi. Jam uero. Primum dicit. Tu inquis. id est dicere poteris. et si pro quibus prescientia non est necessitas eueniendi rebus futuris tamen est signum ea necessario esse ventura. et ita ex prescientia potest inferri necessitas futurorum: tanquam ex signo. Hoc igitur modo ponendo prescientiam esse signum necessitatis futurorum constaret etiam id est euentus futurorum esse necessarios. etiam si non fuisset prenotio. quod probat ex natura signi dicens. Omne namque signum tantum ostendit quid sit. id est manifestat illud cuius est signum. sed non efficit quod designat: quare ut prenotionem. id est prouidentiam appareat esse signum necessitatis futurorum demonstrandum erat. prius nihil contingere non ex necessitate. id est oia euenire necessario. alioquin si hec necessitas futurorum nulla est nec illa prescientia poterit esse signum eius rei que non est. et ita non ualet hic arguere necessitatem futurorum ex prescientia tanquam ex signo. ¶ **Notandum** quod signum si est causa eius cuius est signum. Sed tantum manifestat si gnatum esse. ut circulus non est causa uenditionis uini: sed tantum est signum uenditionis. Si ergo prescientia esset signum necessitatis futurorum. presupponeret futura esse necessaria et sic ad ostendendum prescientiam esse signum necessitatis futurorum oporteret prius ostendere futura necessario esse futura: antequam prescientia esset signum necessitatis futurorum. alias prescientia esset signum alicuius rei que non est. quod est absurdum.

**Jam uero probationem firma ratione subnitam** constat non ex signis neque petitis extrinsecus argumentis: sed conuenientibus necessariisque causis esse ducendam.

**Jam uero probationem firma ratione subnitam** constat non ex si. **sc.** Hic ostendit modum probandi ex signo non esse efficacem. et dicit. Constat. id est manifestum est. rationem subnitam. id est firmatam demonstratione. eam non esse di-



cedam ex signis neq; ex argumentis extrinsecus petitis, idest acceptis, sed firma ratio ducenda est ex conuenientibus, idest ex propriis & necessariis causis. Eū ergo predicta ratio processerit ex signo non est efficax & demonstratiua, cum sit a posteriori, demonstratio autē que est probatio nūq; ipsa est a priori cū sit ex causis per se immediatis prioribus & notioribus & pro tanto etiam demonstratio est syllogismus faciens scire efficax ad probandum ex primo posteriorum.

**S**ed qui fieri potest ut ea non proueniant que futura esse prouidentur. Quasi uero nos ea que prouidentia futura esse prouiscit: non euentura credamus. Ac non illud potius arbitremur licet eueniant, nihil tamen ut euenirent sui natura necessitatis habuisse: q; hinc facile perpendas licebit: Plura enim dū sunt subiecta oculis intuemur, ut ea que in quadrigis moderandis atq; spectandis facere spectantur aurige: atq; ad hunc modum & cetera. Num igitur quicq; illorum ita fieri necessitas ulla compellitur. **B.** Minime. **P.** Frustra enim esset artis effectus: si oia coacta mouerentur. Que igitur cū sunt carent exstendi necessitate: eadem priusq; fiant sine necessitate futura sunt. Quare sunt quedam euentura quorum exitus ab omni necessitate absolutus. Nam illud quidem nullum arbitror esse dicturū: q; que nunc sunt: priusq; fierent euentura non fuerint. Hec etiam igitur precognita liberos habent euentus, nam sicut scientia presentium rerum nihil his que sunt: ita prescientia futurorum nihil his que ventura sunt necessitatis importat.

**S**ed qui fieri potest ut ea non proueniant que futura esse prouidentur. **R.** Hic philosophia mouet quandam dubitationem & soluit eam, uidetur enim ex dictis sequi q; aliqua possunt presciri que tamen non necessario eueniunt, si autem non necessario eueniunt, possunt non euenire & sic sequitur q; aliquid prescitur a deo non eueniat. Ergo ergo philosophia dubitando de hoc querit dicens, Erquo ita est q; ea que sunt prescita non sunt necessaria, sed possunt non euenire, qui, idest quō fieri potest, ut ea que prouidentur futura esse non proueniant. Tunc soluit dubitationem dicens q; non negatur q; prescita non eueniant: immo oportet dicere q; prescita eueniant, sed tamen non eueniunt de necessitate, unde dicit quasi uero, q; si diceret, Ista dubitatio procedit quasi non credamus ea que prouidentia prouiscit non esse euentura, sed non est uerum, sed potius arbitremur illud, scilicet q; licet futura eueniant nihil tamē necessitatis habuisse in sui natura ut euenirēt: & manifestat in exemplo quomō aliquid certe comprehenditur quod tamen non est necessarium dicens, q; aliquid cognitum eueniat & tamen non necessario, licebit q; tu hoc perpendas hinc, idest ex tali exemplo, intuemur enim plura exempla oculis dum sunt idest dū sunt in fieri sicut ea que spectantur, idest uidentur aurige facere in moderandis & spectandis quadrigis &c. Videmus ad hūc modum ut que sunt in aliis actibus uoluntatis, nūquid ulla necessitas compellit aliquid illorum ita fieri sicut oculis uidetur, dicit Boetius, Minime, & assignat rationem frustra enim esset effectus artis si omnia mouerentur coacta, & frustra esset ars spectandis quadrigas si necessario spectaretur, igitur illa que cum sunt carent necessitate exitus

di, eadem sunt futura sine necessitate priusq; fiant. Et quo concludit q; quedam sunt euentura quorum exitus, idest euentus sit absolutus ab omni necessitate. Et ne forsan alius quis diceret ea que nunc sunt non erant futura anteq; essent, hoc excludit dicens, Nullum arbitror esse dicturū q; que nunc sunt euentura non fuerint, hoc enim esset nimis irrationabile, ideo necessario concluditur q; hec etiā precognita habent euentus liberos, quia sicut scientia presentium nihil importat necessitatis his rebus que sunt in presenti, sicut patet in exemplo predicto de regimine quadrigarum. Ita prescientia futurorum nihil importat necessitatis his que ventura sunt. **N**otandum q; futura in comparatione ad diuinam prouidentiam: sunt necessaria necessitate conditionata, nō tñ oia sūt necessaria necessitate absoluta. Adulta enim libere eueniunt sicut ea que sunt ab arte & a uoluntate, ut regimen quadrigarum. Si enim regimen quadrigarum necessario eueniret, frustra esset ars regendi quadrigam. **N**otandum q; sicut res actu sūt ita erunt future, sed quedam actu libere sunt ergo erant libere future, & per consequens non omnia sunt necessario futura: licet necessitate conditionata in quantum comparantur ad prouidentiam diuinam non tñ in sui natura cōsiderata necessario eueniunt necessitate absoluta, sicut postea uidebitur ubi distinguet duplicem necessitatem, conditionatam & absolutam.

**S**ed hoc inquis ipsum dubitatur: an earum rerum que necessarios exitus non habent ulla possit esse prenotio, dissonare etenim uidentur: puta si quis si prouideantur consequi necessitates, si necessitas desit: minime presciri, nihilq; prescientia comprehendendi posse nisi certis, quod si que incerti sunt exitus ea quasi certa prouidentur opinio nis adesse caliginem non scientie ueritatem. Aliiter enim ac sese res habeat arbitrari ab integritate scientie credis esse diuersum.

**S**ed hoc inquis, Hic philosophia discutit motum Boetii, utpote futura incerta sicut sunt contingentia possunt certe presciri, & primo mouet dubitationem de hoc, & tangit rationes dubitationis, scđo assignat causam erroris ubi, Cuius erroris causa ē, dicit primo, Sed tu inquis o Boeti hoc ipse dubitatur, an possit esse ulla prenotio, i. prescientia illarū rerum que non habent necessarios exitus, i. euentus, hoc enim nullo modo uidetur possibile, Num enim uidentur hec dissonare, i. prescientia & contingentia, Tu enim putas si prouideantur contingentia necessitatem ipsa consequi, & si necessitas desit minime ea presciri, & putas nil posse comprehendendi prescientia diuina nisi certum. Et si ea que sūt incerti exitus, i. euentus sicut contingentia, si prouidentur illa quasi certa, tu putas illud esse caliginem opinionis nō ueritatem scientie, & in hoc tu deciperis, cuius deceptionis cā est error tuus circa iudicium cognitionis, Credis enim uerū eē ab integritate scie alr arbitrari rē q; sese habeat, & in hoc erras. **N**otādū q; q; nos nō possumus futura contingentia certe cognoscere, putamus sūt uerū hoc non posse, res enim eodē mō se hñs diuersimode a diuersis pt cognoscere, ut cognoscere rē aliter q; se hñt ex parte rei cognite nō ē scientia, sed cognoscere rem aliter q; se habeat ex parte cognoscentis bene ē scientia: & sic futura contingentia in se sine incerta, possunt tamē presciri a deo sine errore falsitatis.

**C**uius erroris causa est: q; omnia que quisq; nouit, ex ipsorum tñ vi atq; natura cognosci estimat que sciuntur: qđ totum contra est. **D**e n. qđ cognoscat: non scđm sui vim sed scđm cognoscentium potius comprehenditur facultatem.



**C**uius erroris causa est. Dic assignat causam erroris. Ubi notandum qd causa erroris quare putamus futura i certa non posse certe preciri. quia putatur qd facultas cognitionis sit fm facultatem rei cognite. et non ipsius cognoscentis. quod est falsum. Primo ergo premitit hmoi causam erroris. Secundo improbat ipsam ibi. Nam ut b breui. dicit primo. Cuius erroris causa est quia existimat qd omnia que qst nouit illa cognoscit tñ ex vi et natura ipsorum que sciuntur et nō ex vi cognoscentis. qd totus est contra. idest per contrarium. quia res magis cognoscunt fm naturam cognoscentis. Omne enim quod cognoscit non comprehenditur fm sui vim. i. fm modum sue nature. sed potius fm facultatem cognoscentis. **N**otandum qd si cognitio esset fm facultatem rei cognite. tunc res ab omnibus eodem modo cognosceretur. et sic aliquid comprehenderetur eodem ab intellectu humano et diuino. qd falsum est. quia que sunt incerta comprehensione humana. sunt certa comprehensione diuina. cognitio ergo potius attenditur fm facultatem potentie cognoscentis. ita qd quanto potentia est efficacior et certior tanto certius et limpidius rem comprehendit.

**N**am vt hoc breui liqueat exemplo: eandē corporis rotunditatem aliter visus aliter tactus agnoscit. Ille eminus manens: totam simul tactis radiis intuetur. hic vero coherens orbi atqz coniunctus: circa ipsum motus ambitum rotunditatem partibus comprehendit.

**N**am vt hoc breui exemplo liqueat. Dic probat qd facultas cognitionis est fm facultatem potentie cognoscentis et non rei cognite. Primo declarat hoc exemplis. Secundo probat hoc idem per rationem ibi. Neqz id iniuria. Prima in duas fm duo exempla. Secundo ibi. Ipz quoqz. Primo dicit qd cognitio sit fm facultatem cognoscentis liqueat breui exemplo. Nam visus aliter agnoscit eandem corporis rotunditatem et aliter tactus. Ille enim visus manens eminus. i. a longinquo. intuetur totum corpus simul tactis radiis visualibus. hic vero supple tactus coherens et coniunctus orbi. i. rotunditati et motus circa ipsum ambitū. i. circa corpus rotundū. comprehendit. i. eius rotunditatem partibus. i. per partes. **N**otandum qd inuit duplicem differentiam inter modum cognoscendi visus et tactus. Prima est qd visus a remotis existens cognoscit aliquod corpus rotundum. Tactus autem nō cognoscit ipsum nisi coniunctus. Secunda differentia est qd visus totum corpus simul comprehendit. tactus autem p partes. Talis autem diuersitas in cognoscendo non est si res cognosceretur ex sui natura. cum eadem res manet in utraqz cognitione. **N**otandum. quidam dixerunt visum fieri per emissionem radiorum visualium ab oculis vsqz ad rem visam. Sed hoc opinio est contra Aristotelem visio enim non fit extra mittendo sed intus suscipiendo. patente enim aliquo sensiuo fit ipsam videre. z. de anima. Dic autem loquitur opinione antiquorum: cum dicit qd visus intuetur totum corpus tactis radiis.

**I**psam quoqz homines aliter sensus: aliter imaginatio: aliter ratio: aliter intelligentia contuet. Sensus enim figuram in subiecta materia constitutam. Imaginatio vero solaz sine materia iudicat figuram. Ratio vero hanc quoqz transcendit: speciemqz ipsam que singularibus inest vniuersali consideratione perpendit. Intelligentie vero celsior oculus existit. supergressa namqz vniuersitatis ambitum: ipsam illam simplicem formam pura mentis acie contuetur.

**I**psam quoqz hominem. Dic ponit secundum exemplū

in virtutibus cognoscitiuis subordinatis. Secundo ostendit quomodo iste virtutes se habeant adinuicem ibi. In quo illud. Ipso ergo declarat quomodo idē a diuersis potentis diuersimode comprehenditur dicens. Sensus exterior aliter contuetur ipsum homines. aliter imaginatio. aliter ratio. aliter intelligentia diuina. Sensus enim exterior sicut visus iudicat figuram hominis in subiecta materia. i. in sensibili materia. sed imaginatio solam figuram iudicat idest discernit sine materia. i. in absentia rei materialis. Ratio vero hanc imaginationem transcendit. et ipsa speciem. i. naturam specificam hominis que singularibus inest perpendit. i. discernit vniuersali consideratione. oculus vero. i. consideratio intelligentie est celsior. qz intelligentia diuina supergressa ambitum vniuersitatis qui existit in singularibus illam simplicem formam. i. ydeam hominis que est in mente diuina. contuetur pura acie. i. speculatione mentis. **N**otandum qd primū exemplū fuit de virtutibus cognoscitiuis nō subordinatis sicut de visu et tactu. Istud autem exemplum est de virtutibus subordinatis que sunt quattuor. i. sensus exterior qui inest omnibus animalibus. imaginatio que inest animalibus perfectis. ratio que inest in hominibus. et intelligentia per quam intelligit diuinam cognitionem. Iste virtutes habent diuersum modum cognoscendi eandem rem. i. homines. vt declaratur in littera quod non esset nisi cognitio fieret hz facultatem virtutum cognoscentium et non rei cognite.

**I**n quo illud maxime considerandum est. Nam superior vis comprehendendi amplectitur inferiorem. Inferior vero ad superiorem nullo modo consurgit. Neqz eni sensus aliquid extra materiam valet: vel vniuersales species imaginatio contuetur: vel ratio capit simplicem formam: sed in intelligentia quasi desuper spectans concepta forma que subsunt cuncta diiudicat: sed eo modo quo formam ipsam que nulli alii nota esse poterat: comprehendit. Nam et rationis vniuersam: et imaginationis figuram et materiale sensibile cognoscit: nec ratione vtens: nec imaginatione: nec sensibus sed illo vno ictu mentis formaliter: vt ita dicam cuncta prospiciens.

**I**n quo illud maxime. Dic ostendit pbis quo pdicte virtutes cognoscitiue se hnt adinuicem. ostensio qdqd pot virtus inferior pot etiaz et superior et amplius. et primo b ostendit de intelligentia respectu aliarum virtutum. Secundo ostendit idem de rōe. scda ibi. Ratio quoqz. Primo dicit. In quo idest in ordine istarū virtutum. illud est maxime considerandū qd vis comprehendendi superior amplectit in se inferiorem. qz virtus superior cognoscit oē illud quod inferior. Inferior autem non consurgit ad superiorem. ita vt apprehendat illud qd superior. quod manifestat in exemplo dicens. Neqz eni sensus aliquid valet apprehendere extra materiam: et imaginatio contuet spes vles. i. minus particularis. sed rō capit simplicem. i. vlem formam. intelligentia autem diuisa quasi desuper spectans. cum sit in supremo gradu cognitionis ipsa concepta forma ydeali diiudicat etiā cuncta que subsunt illi forme: et cognoscendo ydeam hois cognoscit oia que sunt in hoie. sed eodem modo comprehendit ipsam formam que nulli inferiori virtuti non esse poterit. nā ipsa cognoscit vniuersum. i. vlem formam rōis et figuram imaginationis et materiale sensibile. quod spectat ad sensus exteriores nō vtēs rōne: nec imaginatione: nec sensibus: sed pspiciēt cuncta vno ictu mētis. i. absqz decursu cognoscit. qd factū rō. **N**otandū qd qz virtus superior virtutē includit inferiorē sicut tetragonū includit tragonū. vt p. z. de aia. id qdqd pot virtus inferior pot et superior et magis. quia modo magis vniuersali comprehendit qd in inferior modo magis parti-



tblari. h non e conuerso. ideo que pot intelligtia humana  
 coprehendere pot e diuina intelligentia. h no conuerso.  
**R**atio quoqz cum quid vniuersale respicit: nec  
 imaginatione nec sensibus vtens: imaginabilia  
 vel sensibilia comprehendit. Nec e. n. que coe-  
 ceptionis sue vniuersale ita definit homo est ani-  
 mal bipes ronale. que cum vniuersalis notio sit:  
 tu imaginabilem sensibileqz esse re nullus igno-  
 rat qz illa non imaginatione vel sensu. sed ronali  
 conceptione considerat. Imaginatione quoqz ta-  
 meti ex sensibus visendi formandiqz figur as su-  
 pfit exordium: sensu tamen absente sensibilia q-  
 qz collustrat: non sensibili sed imaginaria ratioe  
 indicandi. Vides ne igitur vt in cognoscendo cu  
 eta sua poti<sup>9</sup> facultate qeoz que cognoscit vtat.

**R**atio quoqz cum quid vlt respicit. Dic ondit idem de  
 rone. qz sicut intelligentia coprehedit alias tres vtutes in  
 fertores: sic ratio etiam coprehendit sub se alias duas vir-  
 tutes. i. imaginatione. et sensum dicens. qz cu rō respicit.  
 i. cognoscit. quid vlt non vtens imaginatione nec sensib<sup>9</sup>  
 coprehendit imaginabilia et sensibilia vlt coprehensione  
 bec enim est rō. que ita definit vlt sue coeceptionis. homo  
 est alal bipes ronale. que diffinitio cu sit vltis notio. i. noti-  
 ficatio. tunc nullus etiā ignorat rem esse imaginabilem et  
 sensibilem: que hac diffinitioe explicat. Illa rō considerat  
 vlt non vtens imaginatione vel sensu. sed ronali pceptioe  
 Tunc ondit qz sicut ratio coprehendit imaginatione et se-  
 sum. sic imaginatio sensu coprehendit. dicens. imaginatio  
 quoqz tamen pro qzuis. sumpsit exordium ex sensibus vi-  
 sendi et formandi figur as: tñ absente sensu exteriori. i. ima-  
 ginatioe collustrat. i. cognoscit queqz sensibilia no sensibi-  
 li h imaginaria rone iudicandi. et tunc pcludit dicens. Vi-  
 des ne igitur quo cñcta potius vtantur sua. i. ppria facul-  
 tate i cognoscendo qz sa: ultate eoz que cognoscit. **N**o-  
 tandū qz h rō in coprehendendo sui vlt non vtat imagia-  
 tioe et sensu. tñ in actu suo psupponit imaginatione et sen-  
 su qz nihil est i intellectu nisi fuerit in sensu. Sicut h imagia-  
 tio in sua opatione non vtat sensu: tñ psupponit sensum  
 fuisse in actu. quia fantasia quā h vocat imaginationem:  
 est motus factus a sensu fm actum. z. de anima.

**N**eqz id iniuria. Nam cum iudicium i iudican-  
 tis actu existat. necesse est vt suam quisqz operam  
 non ex aliena sed ex propria ptate perficiat.

**N**eqz id iniuria. Dic pfirmat deū suum per rationem  
 dicens. Illud. i. qz res cognoscit no hz sui natura sed fm na-  
 turam cognoscentis. illud non ptingit iniuria. i. irratio-  
 nabiliter. Nam cu oē iudicū cognitōis sit actus et opatio  
 iudicantis. i. potentie cognoscentis. necesse est vt qsqz co-  
 gnoscens perficiat suam opam. i. suam opationem cogno-  
 scendi. non ex aliena potestate. i. rei cognite. sed ex propria  
 potestate. i. ex virtute cognoscentis. **N**otandū qz ex ista  
 formatur talis ratio. Omnis actus et opatio seqt cōditio-  
 nem illius potentie cuius est actus et opatio. sed iudicare  
 siue cognoscere est actus et opatio potentie cognoscentis et si  
 conditionem potentie cognoscentis et non rei cognite.

**M**etrum quartum quinti libri.

**Q**uondam porticus attulit  
 Obscuros nimium senes:  
 Qui sensus et imagines

Corporibus extimis  
 Credant mentibus imprimi.  
 Ut quondam celeri stilo.

**M**os est equozē pagine  
 Que nullas habeat notas  
 Pressas figere litteras.



**M**etrum quartum quinti libri.

**Q**uondam porticus attulit. Istud est metru qz  
 huius gnti qd dicitur gliconicū ab invento-  
 re. coriambicū a pede pdhante: in quo metro i  
 probat opinionē stoicoz: et quavidef sequi con-

tractū dictis suis. fuit enim opinio stoicoz qz cognitio in  
 intellectua solū pferet et hoc qz corpora exteriora suas si-  
 militudines imprimāt in mentē. ita vt mens soluz se habeat  
 in rōne patientis: et res extra in rōne agentis. Et quo seqt  
 cū patiens trahat ad naturā agentis et non naturā rei co-  
 gnitio sequeret naturā rei cognite. et non naturā rei co-  
 gnoscentis qd est ptra dicta: **P**rimo ergo ponit opinio-  
 nem stoicoz: i. do improbat eam sibi. Sed mens. **P**rimo  
 ergo dicit. **Q**uondā porticus attulit senes sup. stoicos. q  
 dicebāt senes pp maturitatē moz: senes in quā nimis ob-  
 scuros sap. in sententiis qui stoici credunt sensus et imagi-  
 nes. i. rez sensibilia formas imprimi mentibus et corporib<sup>9</sup>  
 extimis. i. exterioribus. et posuerunt illa corpora eo modo  
 imprimere imagines mentibus. vt quondā mos fuit ali-  
 cui scribenti celeri stilo figere pressas litteras. equozē. i. im-  
 planicie pagine. que pagina nullas prius notas habeat.

**N**otandum qz stoici dicuntur a stoa greco quod est por-  
 ticus latine. qz atbenis in manifestissima porticu et aliis lo-  
 cis publicis stoici disputare solebant et illi posuerunt alias  
 tñ habere se in rōne patientis respectu rerū exteriorū. et qz  
 cognitio magis videtur sequi virtutem actiuaz qz passiuā  
 h fm eos cognitio potius debet attendi fm facultatem rei  
 cognite que est actiua: qz aie cognoscentis que est passiuā

**S**ed mens si propriis vigena

Nihil motibus explicat.  
 Sed tñ patiens iacet  
 Potus subdita corporum.  
 Lessasqz in speculi vicem  
 Rerum reddit imagines:  
 Unde hec sic animis viget  
 Cernens omnia notio.  
 Que vis singula prospicit:  
 Que que cognita diuidit  
 Que diuisa recolligit.  
 Alternūqz legens iter  
 Nunc summis caput inserit.  
 Nunc decidit in infima:  
 Tum sese referens sibi.  
 Teris falsa redarguit.

**S**ed mens. Dic improbat hanc opinionem. scdo ponit  
 suam veritatem. sibi. Nec est efficiens. **P**rimo ergo dedu-  
 cit ad plura inconuenientia istam opinionē dicens. **S**z si  
 mēs vigena nihil explicat. ppria motib<sup>9</sup>. i. si nullā actio-  
 nē propriam habet. h tñ iacet patiens. subdita notis. i. si  
 multitudinib<sup>9</sup> corporū. et si ipa reddit. i. representat cessas ima-  
 gines rez. i. similitudines in vicem speculi. i. ad modū specu-  
 li. **T**ūc querit vñ viget hec notio. i. hec cognitio animis.  
 que aia est cernens oia non tñ corporalia sed etiam incor-  
 poralia. **N**otandū qz primū inconueniens est si cognitio  
 intellectua fieret p solam impressionē corporū in aia tunc  
 nō esset virtus per quā aia cognosceret incorporalia. qz p  
 solam impressionē corporū tñ cognosceret corporalia. nunc at  
 manifestū est et qz incorporalia cognoscit. **A**liud incon-  
 ueniēs ponit dicens. Si aia tñ est passiuā. que vis aie sin-  
 gula pspicit. i. iudicat. aut que vis aie cognita diuidit. aut  
 diuisa recolligit: aut que vis aie legens. i. apprehendens.

alternū



alternum iter componendi & diuidendi: nunc inserit caput  
simis generalissimis ascendendo a specialissimis ad ge-  
neralissima colligendo multitudinem. & nunc decidit vel de-  
cedit secundum aliam litteram. i. cadit in infima. i. in specialissima  
procedendo a generalissimis ad specialissima diuidendo.  
Tunc tandem alia referens. i. comparans se sibi redarguit  
falsa veris. i. per vera. Et notandum quod ex littera talis for-  
matur ratio. Illa alia non est tamen passiva sed actiua que iu-  
dicat componit & diuidit & veris falsa redarguit. sed alia in-  
tellectiua est huiusmodi. ergo ad hoc non est quod iudicare. componere  
diuidere redarguere videtur esse operationes actiue. minor appa-  
ret alia iudicat inter verum & falsum. componit predicatum cum subiecto  
quod diuidit predicatum a subiecto. & falsas opiniones redarguit.

**Hec est efficiens magis  
Longe causa potentior.  
Quod que materie modo  
Impressas patitur notas.  
Precedit tamen excitans  
Ac vires animi mouens  
Vino in corpore passio.  
Cum vel lux oculos ferit:  
Vel vox auribus instrepit.  
Tum mentis vigor excitus:  
Quas intus species tenet  
Ad motus similes vocans:  
Protis explicat exteris.  
Introsusumque reconditis.  
Formis miscet imagines.**

Hec est et cetera. Hic proba ponit veritatem. v. Hec mens est ma-  
gis causa efficiens. que est causa longe potentior. quam illa que modo  
materie. i. similitudine materie patitur notas impressas. &  
quod aliquis crederet quod in alia nulla esset passio. Ideo subdit que  
ad passio. preedit operationes alie in vino corpore excitans &  
mouens vires alie ad operandum. ut quod lux ferit oculos tunc pa-  
titur visus. vel cum vox instrepit. i. insonat auribus tunc pa-  
titur auditus & tandem vigor mentis excitus. i. excitatus  
vocans species quas intus tenet ad similes motus applicat eas  
notis exteris. i. similitudinibus exterioribus. & miscet. i.  
applicat imagines exteriores corporum formis. i. speciebus in-  
terioribus. i. in alia. Et notandum quod hoc. hic videtur sententia  
platonica que ponit species rebus a principio naturae iditas alie. Et  
alia sopita est in corpore ita quod non intelligit per eas nisi exci-  
tetur per immutationes sensuum exteriorum. excitata autem  
evocat spiritum similem illi quod sensus exterioris ipsi & appli-  
cando eam rei exteriori. sic intelligit per eam. ad hanc intelli-  
tionem etiam loquitur lincolniensis primo posteriorum dicens  
Ratio in nobis sopita non agit nisi prius per operationes se-  
suum quibus admisceat fuerit ex perfecta. Et notandum quod ex  
littera videtur quod intellectus possibilis intelligendo etiam sit  
actiuis cum sit causa efficiens ut dicitur in littera. Aristoteles. de  
3. de anima vult quod intelligere sit pati. & quod intellectus nullam  
habet naturam nisi quod est possibilis vocatus. Ad hoc dicunt  
aliqui quod anima comprehendit tam intellectum possibilem quam  
agentem in alia est actiua imo causa effectiua intellectus  
ratione intellectus agentis. sed est passiva ratione intellectus pos-  
sibilis: vel dicitur quod intellectus possibilis est potentia pas-  
siua saltem quo ad primum eius actum cum intelligere sit pa-  
ti: sed omnia potentia passiva de necessitate requirit poten-  
tia actiua in qua reducatur ipsam ad actum. Tale autem actuum non  
potest esse res corporalis extra cum agens sit prestantius  
passio. ideo tale actuum ex parte anime erit intellectus agens  
cuius operatio est facere potentia intellecta actu intellecta.  
ita quod a rebus extra virtutes intellectus agentis imprimunt  
aliquid intellectui possibili per quod in actum intelligen-  
di reducitur. Non est ergo intentio Boetii negare quod mens

sit passiva ratione intellectus possibilis. sed vult quod mens siue  
anima magis habeat efficientiam in intellectu quam sit pas-  
siua ab ipsis corporibus extra. & per ipsam efficientiam intelle-  
ctus non debet attribui rebus extra: quod erat de intentione stoicorum.



**Prosa quinta quinti libri.**

**Quod si in corporibus sentiendis: quod nunc af-  
ficiant instrumenta sensuum foris esse obie-  
cte qualitates: atque agentis vigorem pas-  
sio corporis antecedit que in se actum mentis prouocet:  
excitetque iterum quiescentes intrinsecus formas: si in sen-  
tiendis in quo corporis animus non passione insignis: sed ex  
sua vi subiecta corpori indicat passionem. quanto ma-  
gis ea que cunctis corporum affectioibus absoluta  
sunt: in discernendo non obiecta extrinsecus se-  
quantur: sed actum sue mentis expediunt.**



**Prosa quinta quinti libri.**

**Quod in corporibus sentiendis. Hec est quinta prosa  
huius quinti libri. In qua probatur spiritus diuina cog-  
nitione esse secundum modum cognoscentis & non rei  
cognite. Secundo ostendit insufficientiam corporis quod ex se  
modo cognoscendi improbatur prouidentiam diuinam ibi. Quod igitur  
tunc. Primo facit quod dicitur esse. sed non infert duas conclusio-  
nes ibi. Hec itaque. Primo dicit. Si in sentiendis. i. in cogno-  
scendis corporibus alius noster non tamen insignis. i. afficiet  
passione corporis. sed ex sua vi iudicat passionem subiectam  
corpori: ita quod in cognoscendo sequitur proprium motum. Quibus  
liberatis obiecte forinsecus afficiant. i. imitentur instrumenta. i.  
organum sensuum. & passio corporis antecedit vigorem agen-  
tis animi. que passio prouocet actum mentis in se. & exci-  
tet formas intrinsecus quiescentes. Si hoc est in animo no-  
stro multo magis ea que absoluta sunt cunctis affectioni-  
bus. i. qualitatibus corporum. Sicut intelligentie separa-  
te & precipue deus: illa in discernendo non sequitur obie-  
cta extrinsecus. sed expediunt. i. perficiunt actum sue mentis  
. i. operationem intellectiua secundum naturam propriam. Et notandum quod ex lit-  
tera sic potest argui. Si id de quo minus videtur esse inest: &  
de quo magis. Si minus videtur quod alius noster in cognos-  
cendo sequitur motum suum & non rei cognite & tamen sequit facultates sue  
cognitionis. ergo multo magis intelligentia diuina sequitur in co-  
gnoscendo proprium motum sue cognitionis quam ipsi rei cognite.**

**Hec itaque ratione multiplices cognitiones diuersas  
ac differentibus cessere substantiis. Sensus. n. solus  
cunctis aliis cognitionibus destitutus immobilibus  
animantibus cesset. quales sunt conche maris  
quodque alia faris herentia nutriti. Imaginatio vero  
mobilibus beluis quodque inesse fugiendi appetidine  
aliquis videtur affectus. Ratio vero humani tamen generis est  
sicuti intelligentia sola diuini. Quod non fit ut ea noti-  
tia ceteris preestet quam suapte natura non modo propriam  
sed ceterarum quoque noticiarum subiecta cognoscat.**

**Hec itaque ratione. Hic infert duas conclusiones ex premis-  
sis dicens. Ex quo cognitio sequitur naturam cognoscentis  
& non rei cognite. & cum cognoscentia sint diuersa secundum naturam  
oportet diuersis cognoscentibus conuenire diuersas cog-  
nitiones. Unde dicit. Hec itaque ratione. quod cognitio sequitur  
naturam cognoscentis. multiplices cognitiones. cessere. i. ces-  
serunt diuersis ac differentibus substantiis. Sensus. n. so-  
lus destitutus aliis cognitionibus cessit astantibus immobi-  
libus. quales sunt conche maris & quecumque nutriti herentia  
faris. Imaginatio vero cessit mobilibus beluis que mouentur  
motu progressiuo. quibus videtur inesse affectus. i. appeti-  
tus fugiendi malum vel appetendi bonum. Ratio vero  
per quam comprehendimus velle tamen est humani generis. sic**



Intelligentia est diuini generis. Tunc ponit secundam conclusionem. q. illa cognitio est notior et nobilior que non solum apprehendit proprium obiectum. sed et obiecta aliarum noticiarum. i. cognitionum. Unde dicit. Quod sit et ea noticia. i. cognitio presertim. i. nobilior sit ceteris. que suapte natura. i. propria natura non modo. i. non in modo. propriam obiectum cognoscit. sed etiam cognoscit subiecta ceterarum noticiarum.

Nota circa primam conclusionem q. cum actus et operationes diuersificentur per diuersitatem agentium et operantium. sequitur si agentia et operantia sint diuersa q. habeant diuersas operationes et cognitiones. propter quod sensus sine aliis cognitionibus cessit animalibus immobilibus. et accipit sic sensus stricte pro apprehensione sensitua. que solum imutat ad partem sensibilibus. Sic enim distinguitur contra imaginationem que non tantum apprehendit rem partem. sed etiam ab sentem. Notandum circa secundam conclusionem q. quecunq. potentia plura cognoscit videtur esse prestantior ea que cognoscit pauciora. Si ergo aliqua potentia cognoscit proprium obiectum et obiecta aliarum potentiarum inferiorum. sic est intelligentia diuina. et non econuerso. sequitur q. potentia superior plura cognoscens sit nobilior inferiori.

Quid igitur: si ratiocinationi sensus imaginatioque refragentur. nihil esse illud vniuersale dicentes q. se intueri ratio putet. Quod enim sensibile vel imaginabile est id vniuersum esse non posse. aut igitur rationis verum esse iudicium nec quicquam esse sensibile. aut quoniam sibi notum sit plura sensibus: et imaginationi esse subiecta: inanem conceptionem esse rationis. que quod sensibile sit ac singulare quasi quoddam vniuersale consideret. Ad hec si ratio contra respondeat: se quidem et quod sensibile et quod imaginabile sit vniuersitatis ratione conspiciere. Illa vero ad vniuersitatis cognitionem aspirare non posse: quoniam eorum notio corporales figuras non possit excedere. De re vero cognitione firmiori potius perfectioris iudicio esse credendum. In huiusmodi igitur lite nos quibus tamen rationandi et imaginandi etiam sentiendi que vis inest: non rationis potius causam probaremus.

Quid igitur. Hic proba ostendit insufficientiam eorum qui ex modo cognoscendi nostro improbant diuinam prudentiam. secundo horat nos ad considerandum modum diuine cognitionis. ibi. Quare i illius. pro manifestat insufficientiam eorum per simile. sed applicat illud simile ad propositum. ibi. Simile est. Similitudo autem que creditur talis est. Sensus et imaginatio sunt cognitiones inferiores que ratio. Si ergo sensus et imaginatio vellet iudicare modum cognoscendi rationis ex modo cognoscendi proprio. et dicere q. vniuersum nihil esset quod ratio apprehendit. vel si verum esset iudicium rationis vel esset particulare et sensibile. ratio vero diceret contrarium. Manifestum est q. nos qui vigemus utraque cognitione potius assentiremus rationi iudicando motum sensus. et imaginationis esse insufficientem. dicit ergo. Quid igitur si sensus et imaginatio refragentur. i. contradicant rationi. dicentes nihil esse vniuersum id quod ratio putat se intueri sic arguendo. Quod enim sensibile aut imaginabile id non potest esse vniuersum. i. vniuersum secundum iudicium sensus et imaginationis. Aut igitur iudicium rationis necesse est esse verum. et propter nos nec quicquam esse sensibile. quod est absurdum. Aut quoniam notum sit sibi super. sensus et imaginationi plura esse subiecta sensibus et imaginandi. que necesse est sensibilibus. crederes ne conceptionem rationis esse inanem. que responderet illud quod sit sensibile et singulare. quasi quoddam vniuersum. Ad hec si ratio respondeat se conspiciere in ratione vniuersali quod sit sensibile et imagina-

bile. Illa vero. si sensum et imaginationem non posse aspirare. i. puenire. ad cognitionem vniuersitatis. i. vniuersalis. quia notio. i. cognitio eorum non possit excedere figuras corporales et dicere ratio potius esse credendum firmiori et perfectiori iudicio re. In huiusmodi igitur lite. Liber sensum et imaginationem ex vna parte. et rationem ex altera parte: nos quibus inest tam vis rationandi quam imaginandi et sentiendi. nonne potius probaremus eam rationis. et reputaremus motum sensus et imaginandi esse insufficientia. q. d. imo. Notandum q. iudicium nobilioris potentie potius est standum quam iudicium potest ignobilioris. cum igitur ratio sit potentia nobilior quam sensus et imaginatio: eo quod ratio comprehendit proprium obiectum et obiectum sensus et imaginationis et non econuerso. ergo potius standum est iudicio rationis quam potentiarum inferiorum.

Simile est q. humana ratio diuinam intelligentiam futuram nisi ut ipsa cognoscit non putat intueri. Ita differis: si qua certos ac necessarios habere non videat eventus: ea certo euentura preceiri nequit. Hanc igitur re nullam est prescientia: quam si etiam in his esse credamus: nihil erit quod non et necessitate preceat: Si igitur uti rationis participes sumus ita diuine iudicium mentis habere possemus sicut imaginationem sensusque rationi cedere oportere iudicauimus. sic diuine se menti humanam submittere rationem iustissimum censeremus.

Simile est. Hic applicat illud simile ad propositum. et dicit. Illud quod est verum de sensu et imaginatione respectu rationis. simile est ei quod humana ratio non putat diuinam intelligentiam intueri: nisi ut ratio ipsa cognoscit. quod apparet ex ipso modo arguendi. Ita ita differis. i. arguis. si qua non videant habere certos et necessarios eventus talia neque preceiri certo euentura. Igitur talium re nulla est prescientia. quam se prescientia si credamus esse in his. nihil erit quod non proueniat ex necessitate. Si igitur sicut sumus participes rationis. ita possemus habere iudicium diuine mentis. sicut nunc iudicauimus imaginationem et sensum oportere cedere rationi. sic censeremus. i. iudicarem. iustissimum humanam rationem se submittere diuine menti. Notandum q. simile est de iudicio sensus et imaginationis respectu rationis. et rationis respectu intelligentie diuine: Nam sensus et imaginatio videt quod ratio non possit comprehendere re nisi sicut ipsa comprehendit quod non falsum est. Sic simile videt rationi humane quod intelligentia diuina non possit res incertas cognoscere aliter quam ipsa cognoscit. quod falsum est. Ita que ratio humana certe cognoscit intelligentiam diuinam certa comprehendit.

Quare i illius sume intelligentie cacumem si possumus erigamur. Illic. n. ratio videbit quod in se non potest intueri. Id autem: quo nam modo est que certos erit? non habet: certam tamen videat ac definita prenotio: neque id sit opinio. sed sume potest scire nullis terminis inclusa simplicitas.

Quare i illius sume intelligentie. Hic proba horat ut erigamus nos ad cognitionem diuine intelligentie vicem. Quare si possumus erigamur per diligenter considerationem i cacumen illius sume intelligentie super. diuine. Illic. n. ratio videbit quod in se non potest intueri. i. quod certa et definita prenotio vel cognoscit si la que non habet certos erit. et illud non sit opinio. sed potest simplicitas sume scire nullis terminis inclusa. que simplicitas sume sapie est infinita. Notandum q. si cognitio sequeret facultatem rei cognite. et non virtutis cognoscens. tunc sicut ratio humana cognoscit futura contingentia incerte sic ille intelligentia diuina ea incerte cognosceret. sed que facultas cognitionum est secundum facultatem virtutis cognoscens et intelligentia diuina in cognoscendo excedit rationem humanam. poterit ipsa certe cognoscere que ratio humana certe cognoscit.

Adetrum quintum libri quinti.

Quam





Quas variis terras a alia pmeat figuris  
Namque alia extento sunt corpore pul-  
ueremque verrunt.

Continuumque trahunt vi pectoris inci-  
tata sulcum.

Sunt quibus alarum leuitas vaga dberetque vctof  
Et ligdo longi spacia etberis enatet volatu.

Hec pressisse solo vestigia gressibus gaudent.

Vel virides capos transmittere vel subire siluas

Que variis videas lz oia discrepare formis.

Prona tamen facies hebetes valet ingrauar' sel'?



Adetrum quintum quinti libri.

Tam variis terras. Hic incipit quintum metz  
huius gnti. qd dicit archiloicum ab inueno  
re dactylicus a pede pdhante in quo ofdit bo-  
minē esse dispositū ad pteplationē celestium ex

figura corporis sui. et pto describit figuram corporalem  
aliarum bestiar. scdo figurā hois. ibi. Unica gens. Pti-  
mo dicit. Animalia pmeant terras qz variis. i. valde va-  
riis figuris. nāqz alia a alia extento corpe sicut sunt serpe-  
tes et reptilia. illa verrunt. i. vertunt puluerē. et inctata. i.  
mota vi pectoris. trahūt continuū sulcū sup. in puluere.  
Sūt alia a alia qbus inest vaga leuitas alay que verberet  
ventos. et enatet. i. trāsiat ligdo volatu spacia lōgi etberis  
.i. aeris. Sunt alia que gaudent vestigia pressisse solo. i.  
terre gressibus suis et trāsmittere. i. pteplare virides capos  
et gaudent subire siluas. que oia a alia. lz videas ea discre-  
pare variis formis. tñ facies eoz prona. i. ad terrā inclina-  
ta. valet ingrauarē. i. ingrauatōs ostendere sensus hebe-  
tes. i. brutales. C Notādū qz pbia tangit tria genera aia-  
lium. i. reptilia. volantia et gressibilia que licet differant l  
formis. qz quedam formanē ad reptandū vt serpentes q  
dam ad volandū vt aues quedam ad gradiendū vt bestie.  
tñ in hoc oia veniunt qz hnt facie inclinatā ad terrā.

Unica gens hois cellum leuat altius cacumē  
Atque leuis recto stat corpe: despiciatque terras.

Hec nisi terrenus male desipis admonet figura

Qui recto celum vultu petis: ceterisqz frontē.

In sublime feras aium quoque: ne granata pessū

Inferior: sidat mens corpore celsius leuato.

Unica gens hominum. Hic describit figuram hominis. v.  
Unica gens hominū. i. solū genus humanū. leuat celsum  
cacumen. i. caput suum altius. et leuis stat recto. i. erecto  
corpe. et despiciat terras vultu eleuato ad celum. tu homo  
terrenus. qui recto vultu petis celum. et eras. i. erigis frō-  
tem. hec recta figura admonet te. qz tu male desipis. nisi  
ēt feras. i. extollas aium tuum in sublime. i. in celestia. ne  
mēs granata. i. grauedine depressa. pessum. i. sub pedib'  
vel submis. et est pessum aduerbium loci. ne illa mēs sidat  
.i. resideat inferior: corpore eleuato celsius. C Notandum  
cum hō habeat figuram corporis erectam ad celus. si aia  
nō erigeretur ad pteplationē celestium. videretur corpus  
esse nobilius anima. C Notādū fm Aristo. is. de anima  
libus. qz homo inter oia a alia habeat figuraz rectilinea  
rem de qua figura etiam loquitur Quisidius in lib. meta-  
morphosicos. v. Prona qz cum spectant animalia cetera  
terraz. Os homini sublime dedit: celumqz videre Iussit:  
et erectos ad sidera tollere vultus.



Prosa sexta et vltima.

Quonia igitur ut paulo ante monstratum  
est omne quod scitur non ex sua sed ex  
comprehendentium natura cognoscitur.

Intueamur nunc: quā fas est: quis sit diuine sub-

stante status: ut quā nā et sciētia ei? sit possim? agno-  
scere. Deū igitur eternū esse: cūctorū rōne degen-  
tū cōe iudiciū est. Quid sit igitur eternitas consi-  
deremus. hec enim nobis naturam pariter di-  
uinam scientiamqz patefacit.



Prosa sexta quinti libri.

Quonia igitur ut paulo ante. Hic incipit sexta  
prosa et vltima huius gnti. in qua determinat  
veritatem de compassibilitate prescie diuine et  
liberi arbitrii. Et primo ponit suam determinā-  
tionē. scdo subiūgit vtilem exhortationē circa finem libri.  
ibi. Aduersamini igit. Pmo ofdit modū diuine cogni-  
tionis. secdo soluit obiectiones factas p diuinā puidētā.  
tertio pcludit cōpassibilitatē liberi arbitrii cū puidētā vi-  
uina. scdo ibi. Quid igit postulas. tertia ibi. Que cū ita  
sint. pto. determinat de statu di q est eternitas. scdo ex h  
declarat modū diuine scie. ibi. Quis igit oē iudiciū. pto p-  
mittit qz determinādū sit ad eternitatem. scdo dterminat eā ibi  
Eternitas igit ē intermiabilis. Pto dicit. Quis monstra-  
tū est paulo ante qz oē scie qd cognoscit. nō ex sua nā. i. nō  
ex nā rei scie h ex nā cōprehēdētū. i. cognoscētū. inuea-  
mur nūc qstū fas ē. qz sit stat? diuie eētne vel sbe vt pos-  
sim? agnoscere q sit ei? scia. et subdit qz cōe iudiciū cūctor  
degentū. i. ventū rōne est deū eē eternū. ideo cōsiderem?  
qd sit eternitas. hec. n. nobis patefacit nām et diuinā scie-  
tiā. C Notādū qz viri degentes rōne sūt viri pdit luce  
sapie. et oēs isti cōcedūt deū eē eternū. Pto pbs. s. pby. ex  
eternitate mor? ofdit eternitatē motoris. et oēs tam greci  
qz barbari putātes deos eē estimāt eos imortales. C No-  
tādū qz eternitas dei et nā et sciētia dei nō differūt h sub-  
stantiā. id cognita eternitate cognoscit nā et scia dei.

Eternitas igit est intermiabilis tota vite siml  
et perfecta possessio.

Eternitas igit. hic pseqt de eternitate. Et pto ponit ei?  
diffinitionē. scdo declarat eā. ibi Qd ex collatiōe. pto di-  
cit. eternitas est possessio vite intermiabil' etis tota sil et  
pfecta. C Nota fm alb. sup lib. de cāis. Aliqd ē eternū et  
ē in eternitate. et sūt ipsa eternitas sic de? Aliqua sūt et ē  
eterna i eternitate. h nō sūt ipsa eternitas sicut sbe segate.  
alia sūt eterna nō i eternitate nec sūt ipsa eternitas. vt mo-  
tus tps et mūd? C Notādū cū dicit eternitas ē possessio  
vbi vitē nōle possidētis ad designādū imutabilitatē et in-  
deficiētā eternitatis qz ipsa firmiter possidet et gete hf. et  
dicit vite ad inuēdū qz nō viuētia nō mēsurant eternitate  
Et dicit intermiabilis ad differētā illi? vite qz hz terminū a  
pte an et a pte p? sicut vita hois vel a pte an tñ sicut vita  
āgeloz et dic tota sil ad ofiaz vite āgelice. qzuis. n. eē an-  
geli fm sbam fir totū sil. nō tñ fm opationē. cū heat opa-  
tiōes successiuas et intellectōes. et dic pfecta ad designādū  
qz eternitati nihil deest. perfectum enim ē cui nihil deest  
primo celi mundi.

Qd ex collatiōe tpoliū clarius liqt. nā qeqd vi-  
uit i tpe. id pns a pteritis i futura pcedit. Nihil-  
qz ē i tpe pstitutū: qd totū vite sue spaciū pariter  
possit aplecti. Sed crastinū quidē nōdū appre-  
hēdit. hesternū vō iā pdidit. In hodierna quo-  
qz vita nō apli? viuitis qz i illo mobili trāstortio-  
qz momēto. qd igit tps patit additionē: lz illd. sic  
de mūdo celsuit aristoteles nec: cepit vnqz eē nec  
desinat. vitaqz ei? cū tps i finitate tendat: nōdū  
tū tale ē vt eternū eē iure credat. ii. n. totū sil i fini-  
te licet vite spaciū cōprehendit atqz complecti-  
tar sed futura nondum trāfacta iā nō habet. qd  
igit intermiabilis vite plenitudinem totam pari



ter comprehendit ac possidet: cui neq; futuri quicquid absit nec preteriti fluxerit: id eternū eē iure prohibet. Idq; necesse ē: et sui copos p̄ns sibi sp̄ assistere: et infinitatē mobilis t̄pis h̄se presentem.

**¶** Quod ex collatide. **¶** Sic declarat diffinitiones. secundo redarguit quosdā qui vocabulo eternitatis abutebant. ibi unde nō recte: p̄rio ergo declarat diffinitionē eternitatis in cōparatide ad t̄ps dicens. Unde dictū est q̄ eternitas ē possessio tota simul interminabilis vite. q̄s liquet clariū ex collatione. i. ex cōparatide temporalium. **¶** Ad q̄cqd̄ vivit. in tempore illud p̄ns exis procedit per successivā mutabilitatē a preteritis in futura. et nihil est in t̄pe cōstitutum. q̄s pariter possit amplecti. i. cōprehendere totū spaciū vite sue sed crastinū nōdū apprehendit. besternū vero t̄p̄iā p̄didit. et in hodierna vita nō amplius vivit. i. nihil plus ē p̄ns de hodierna vita. nisi q̄ in isto mobili et transitorio momento cōtinet de vita. et dicit momentū illud indivisibile in stās quo futurū copulat cū preterito. q̄cqd̄ igitur patitur t̄pis cōnditionē. i. successivē: h̄ nūq; cepit eē. nec desinat esse sicut arist. censuit de mūdo. et h̄ vita. i. duratio ei⁹ tēda tur. i. extēda cū infinitate t̄pis. nōdū t̄i tale ē vt iure credatur eē eternū. q̄ nō cōprehēdit neq; cōplectit̄ simul totū spaciū vite. i. sue durationis: licet infinite. i. infinito tempore. duret sed futura nōdū h̄ trāfacta. i. p̄trāta et p̄terita nō h̄. **¶** Uicq; igit̄ cōprehendit et possidet pariter totā plenitudinē interminabilis vite. cui nihil absit futuri. nec aliqd̄ fluxerit preteriti. illud iure prohibetur eē eternū. q̄ illud eternū sui copos eo q̄ nihil sibi desit. necesse est semp̄ sibi assistere p̄ns. et est necesse p̄ntē habere infinitatē. i. infinitā durationē t̄pis mobilis. i. successivā. **¶** Notandū q̄ q̄ p̄ cognitionē t̄pis devenim⁹ in eternitatis cognitionē. eo q̄ opposita iuxta se posita magis elucefcit: id p̄ naturā et successione t̄pis declarat nobis naturā eternitatis. Sicut. n. rō t̄pis p̄sistit in successione et apprehēdit prioris et posterioris i motu. cui⁹ vna ps p̄terit et alia ē futura. Sic rō eternitatis p̄ oppositū cōsistit in apprehensione vniformitatis illi⁹ q̄s oīno est extra motū cōphēdit simul p̄teritū et futurū tāq; p̄ns. **¶** Notandū q̄ ip̄si⁹ eterni nil tranfit i p̄teritū. id semp̄ sibi p̄ns assistit. q̄ vō nūq; deficiet sicut nec vnq; i cepit. cū habeat vitā interminabilē necesse est q̄ assistit q̄t̄i bet differentie t̄pis et si ponat̄ t̄ps infinitū et q̄ eodē motu assistit differentis t̄pm p̄ quē motū in se subsistit. motus autē in quo subsistit est p̄teritū. ideo etiā assistit differentis temporis per motū presentem. ideo dicit q̄ necesse est eternū presentem habere infinitatē temporis mobilis.

**¶** Unde quidā nō recte. q̄ cū audiunt vīsā plato ni mundū hunc nec habuisse initū t̄pis nec habiturū esse defectū hoc modo cōditōri conditum mūdū fieri coeternū putāt. Alio ē. n. p̄ l̄termina bilē duci vitā: q̄s mūdo plato tribuit: aliū l̄terminabilis vite totā pariter p̄plexā eē p̄ntiā: q̄s d̄vine mētis p̄priū esse manifestū ē. **¶** Neq; deus cōditis rebus antiquior videri v̄z t̄pis quātitate: sed simplicis potius proprietate nature.

